Digitized by Google

ANDOVER-HARVARD THEOLOGICAL LIBRARY
MDCCCCX
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS

Digitized by Google

PHILONIS ALEXANDRINI

OPERA QVAE SVPERSVNT

VOL. I

EDIDIT



LEOPOLDVS COHN

ADIECTA EST TABVLA PHOTOTYPICA CODICIS VINDOBONENSIS

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS GEORGII REIMERI
MDCCCLXXXXVI

PHILONIS OPERA

PHILONIS ALEXANDRINI

OPERA QVAE SVPERSVNT

EDIDERVNT

LEOPOLDVS COHN ET PAVLVS WENDLAND

VOL. I

CONTINENS DE OPIFICIO MVNDI
LEGVM ALLEGORIARVM LIB. I—III
DE CHERVBIM
DE SACRIFICIIS ABELIS ET CAINI
QVOD DETERIVS POTIORI INSIDIARI SOLEAT

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS GEORGII REIMERI
MDCCCLXXXXVI

PHILONIS ALEXANDRINI

OPERA QVAE SVPERSVNT

VOL. I

EDIDIT

LEOPOLDVS COHN

ADIECTA EST TABVLA PHOTOTYPICA CODICIS VINDOBONENSIS

BEROLINI

TYPIS ET IMPENSIS GEORGII REIMERI

MDCCCLXXXXVI


ANDOVER THEOL. SEMINARY
APR 9 1897
LIBRARY.

HERMANNO DIELS

SACRVM

PROLEGOMENA

De fatis operum Philonis

Philonis Alexandrini memoria a Iudaeis non minus quam a paganis fere neglecta tota pendet ab ecclesia Christiana. nam cum doctrina moralis et Testamenti veteris interpretandi ratio Philonis cum sacris ecclesiae Christianae libris maxime conspirare viderentur, ab antiquis scriptoribus ecclesiasticis eius opera studiosissime lectitata atque usurpata sunt. iam alterius p. Chr. n. saeculi scriptores velut Iustinum Martyrem et Theophilum Antiochenum Philonis explicationes non ignorasse veri simillimum est, etsi certis argumentis demonstrari nequit. tertio autem saeculo Clemens Alexandrinus quinquies vel potius quater (nam uno loco aut nomen Philonis non recte traditum est aut alium Philonem — Byblium videlicet — respexit Clemens) nominatim Philonem laudat, multis locis doctrinam eius in usum suum convertit vel tacite verba eius transcripsit; atque Origenes eius discipulus, qui duos Philonis libros (νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας et περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι) diserte commemorat tertiumque (περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους) semel respicit, quantopere a Philonis philosophia et exegesi pendeat, ex servatis libris et fragmentis librorum deperditorum iam perspicitur, clarius etiam eluceret, si commentarii quos in Pentateuchi libros Origenes conscripsit integri aetatem tulissent. quarto deinde saeculo e graecis scriptoribus inprimis Eusebius Caesariensis, e latinis Ambrosius Philonis libros adhibuit. atque Eusebius quidem non modo multa e libris Philonis superstitibus satis diligenter excerpsit, verum etiam multa et pretiosa fragmenta unus servavit librorum deperditorum. Ambrosius vero Philonem in scriptis ad Pentateuchum exegeticis praecipuum auctorem ac ducem ita sibi elegit, ut nonnullos libros eius totos fere compilaret. Philonis interpretatio allegorica tunc

adeo celebrata fuit, ut ex libris eius nominum hebraicorum explicationes (ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἑρμηνεῖαι) colligerentur earumque indices componerentur. talem etymologiarum librum ad ordinem litterarum confectum et Origenes ut Philonis librum agnovit et Eusebius in recensu librorum Philonis commemorat. Hieronymus eum librum in latinum sermonem transferre in animum induxerat, sed cum exemplaria valde inter se dissona et ordinem confusum repperisset, „vetus aedificium nova cura instaurans" ipse librum *de nominibus Hebraicis* ita condidit, ut plerasque Philonis explicationes in graeco libro illo congestas usurparet. omnino aestimatio philosophi Iudaei per illa saecula eadem fuit, ac si scriptor Christianus fuisset. quo factum est ut eodem fere studio quo patrum ecclesiasticorum opera Philonis scripta describerentur ac propagarentur. atque cum sexto septimove saeculo veterum patrum libri ad conficienda varia opera collectanea excerperentur et compilarentur, idem Philoni contigit. etenim Procopius Gazaeus, cum primus locupletissimam catenam in Octateuchum e multis veterum scriptorum libris componeret ac simul eclogas commentariorum conficeret, e Philonis *Quaestionibus et solutionibus in Genesin et Exodum* multa excerpsit, quorum ope non exiguam partem operis Philonei graece nunc restituere licet. deinde in florilegia Christiana illa, quorum principem locum tenent Sacra Parallela quae Ioannis Damasceni nomine feruntur, amplissima excerpta Philonea recepta sunt, quae ad verba scriptoris constituenda et emendanda permultum conferunt. nec solum intra fines ecclesiae graecae Philonis admiratio sese continuit. ad scriptores latinos quoque studia Philonea transgressa esse, exempla iam docent Ambrosii et Hieronymi. sed eodem saeculo quo Ambrosius florebat nonnulli libri Philonis in latinum sermonem toti translati sunt; quarum versionum infeliciter perexigua tantum frusta aetatem tulerunt. atque eodem fere tempore vel non multo post aliquot scripta Philonis in Armeniam linguam conversa sunt; quae versiones hoc demum saeculo inventae et in lucem editae sunt. forte fortuna evenit ut his versionibus partim librorum Philonis qui graece perierant memoria resuscitaretur. omnia excerpta illa apud scriptores veteres et in catenis florilegiisque servata simul et antiquae versiones egregia subsidia praebent ad memoriam operum Philonis libris manuscriptis graecis traditam supplendam et corrigendam.

De archetypo librorum manuscriptorum

Librorum manuscriptorum Philonis etsi nullus saeculo decimo antiquior est, archetypum tamen usque ad saeculum quartum vel etiam tertium ascendere demonstrari potest. constat Pamphilum presbyterum Caesariensem magnam bibliothecam condidisse partim iam ab Origene collectam eamque multis libris undique conquisitis amplificatam ecclesiae Caesariensi donavisse. eius bibliothecae libros in papyris exaratos, cum corrupti essent, Acacius et Euzoius episcopi Caesarienses (annis 338—365 et 376—379) in codices membranaceos transcribendos curaverunt. Hieron. Epist. 34,1 *Beatus Pamphilus martyr . . . cum Demetrium Phalereum et Pisistratum in sacrae bibliothecae studio vellet aequare imaginesque ingeniorum, quae vera sunt, et aeterna monumenta toto orbe perquireret, tunc vel maxime Origenis libros impensius prosecutus, Caesariensi ecclesiae dedicavit: quam ex parte corruptam Acacius dehinc et Euzoius eiusdem ecclesiae sacerdotes in membranis instaurare conati sunt.* idem de vir. inl. 113 *Euzoius . . . adulescens Caesareae eruditus est et eiusdem postea urbis episcopus plurimo labore corruptam iam bibliothecam Origenis et Pamphili in membranis instaurare conatus ad extremum sub Theodosio principe ecclesia pulsus est.* in celebrata illa bibliotheca Caesariensi Philonis quoque opera adservata fuisse testimonium exstat luculentissimum. namque in codice Vindobonensi theol. gr. 29 ante Philonis librum περὶ τῆς κατὰ Μωυσέα κοσμοποιίας haec verba leguntur forma crucis graecanicae inclusa:

ε
υ
ζ
ο
ι
ο
ἐν σωματίοις ς ἀνενεώσατο:
ε
π
ι
σ
κ
ο
π
ο
ς

Εὐζόιος ἐπίσκοπος ἐν σωματίοις ἀνενεώσατο. verba ἐν σωματίοις ἀνενεώσατο idem significant quod latine Hieronymus *in membranis instaurare* dixit.

omnes autem quotquot tum legebantur libros Philonis in bibliotheca Caesariensi fuisse consentaneum videtur. tituli quoque eorum librorum nobis traditi sunt. namque in eo indice Philonis librorum quem Eusebius Caesariensis (Hist. eccl. II 18) confecit sine dubio habemus πίνακα librorum in Pamphili bibliotheca congestorum. ex quo apparet exstitisse tum etiam hos libros graece nunc deperditos: *Quaestionum et solutionum in Genesin* libros sex, *in Exodum* libros quinque, *de ebrietate* librum alterum, *de providentia, pro Iudaeis* librum, *quod omnis insipiens servus sit;* libri *de somniis* et *de legatione ad Gaium sive de virtutibus,* quorum nunc partes tantum supersunt, ab Eusebio integri legebantur. quo ordine opera Philonis in bibliotheca Caesariensi composita fuerint ex Eusebii indice non elucet; nempe iam tum videntur confusa fuisse neque certo ordine digesta. a papyris igitur in Origenis et Pamphili bibliothecis adservatis et ab exemplaribus illis Euzoii episcopi auspiciis in bibliotheca Caesariensi transcriptis memoria codicum Philoneorum repetenda est. exstant autem in variis bibliothecis permulti Philonis operum libri manuscripti, sed plerique ab antiquis illis papyris et membranis integritate et probitate longe distant. unus tantum codex Seldenianus in bibliotheca Bodleiana adservatus saeculo decimo exaratus est, duo codices unus Vindobonensis alter Parisinus saeculo undecimo scripti sunt, ceteri omnes recentiores sunt et varie corrupti. iam ad enumerandos et describendos codices accedamus. hoc praemoneo nunc quidem eos tantum codices commemorari qui scripta pleraque Philonis continent in iisque libros in hoc volumine primo editos, ceteri suis locis seorsum tractabuntur.

De libris deterioribus

Iam in commentatione de Philonis codicibus editioni meae libri *de opificio mundi* (Vratislaviae 1889) praemissa deteriorum codicum duas classes distinguendas esse demonstravi, quas notis *a* et *b* significavi. in hac editione operum omnium Philonis earum classium exempla duo praestantissima instar omnium esse voluimus, ita ut nota A prioris, nota H posterioris familiae memoriam generaliter significemus. est autem A codex

De codicum familia A. de codice A

Monacensis Graecus 459, olim Augustanus, formae quartae maioris, fol. 474, saeculo XIII duabus manibus (I fol. 1—332^r II fol. 333^r—474^v) elegantissime exaratus. scripturae specimen edidit C. Tischendorf ad

calcem libri *Philonea* inscripti. codicem liberalissime Vratislaviam transmissum bis totum contuli. insunt triginta octo libri Philonis in indice fol. 1ʳ—2ʳ numeris α'—λη' notati:

1. περὶ περιτομῆς.
2. περὶ μοναρχίας (lib. I).
3. ἔτι περὶ μοναρχίας (lib. II).
4. τίνα γέρα ἱερέων.
5. περὶ ζῴων τῶν εἰς τὰς θυσίας καὶ τίνα τῶν θυσιῶν τὰ εἴδη.
6. περὶ θυόντων.
7. περὶ τῶν μετονομαζομένων καὶ ὧν ἕνεκα μετονομάζονται.
8. νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα (i. e. *leg. alleg.* lib. III).
9. περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος καὶ περὶ τῆς ἴσα καὶ ἐναντία τομῆς.
10. περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμιῶν.
11. περὶ ἀρῶν.
12. περὶ ἀνδρίας.
13. }
14. } περὶ τοῦ βίου Μωσέως (lib. I—III)
15. }
16. περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιίας.
17. εἰς τὴν (sic) δεκάλογον Μωσέως.
18. περὶ καταστάσεως ἀρχόντων.
19. περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον.
20. περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῆς τὸ τέταρτον.
21. περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι.
22. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη τῶν δέκα λογίων, τό τε ϛ' καὶ τὸ ζ', τὸ κατὰ μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου καὶ τὸ κατὰ τῶν ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας (*de special. leg.* liber III: Mang. II 299—334).
23. βίος πολιτικὸς ὅπερ ἐστὶ περὶ τοῦ Ἰωσήφ.
24. ἱστορία πάνυ ὠφέλιμος καὶ τῷ βίῳ χρήσιμος τὰ κατὰ τὸν Φλάκκον ἤτοι περὶ προνοίας.
25. ἱστορία πάνυ χρήσιμος καὶ ὠφέλιμος περὶ τῶν κατὰ τὸν Γάϊον καὶ τῆς αἰτίας τῆς πρὸς ἅπαν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπεχθείας αὐτοῦ.

26. τὰ πρὸς δικαστήν (*de iudice* Mang. II 344—348). cum hoc opusculo in codice conglutinatus est liber *de humanitate* (Mang. II 383—405) cum initio opusculi *de paenitentia* usque ad verba πάγκαλον γὰρ καὶ συμφέρον αὐτομολεῖν (Mang. II 406,16).
27. περὶ ὧν ἱερουργοῦσιν Ἄβελ τε καὶ Κάϊν.
28. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας καὶ τοῦ κτισθέντος πρώτου ἐξ ἀνθρώπου Κάϊν.
29. περὶ γεωργίας.
30. ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον.
31. περὶ γιγάντων.
32. περὶ ἀποικίας.
33. περὶ τῆς πρὸς τὰ προπαιδεύματα συνόδου.
34. νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον (lib. I).
35. τὴν (sic) μετὰ τὴν ἑξαήμερον (*leg. alleg.* lib. II).
36. } περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους (lib. I. II).
37. }
38. βίος σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος ἢ νόμων ἀγράφων.

scholia manu recentiore (saec. XV ut videtur) in margine passim adscripta sunt nullius momenti: e. gr. fol. 163ʳ (ad lib. *de opificio mundi* § 8 ἐν τοῖς οὖσι) ποίοις οὖσιν, ὦ γενναῖε; τοῦ δραστικοῦ φημι καὶ τοῦ παθητοῦ· ἐγὼ δέ σοι ἀντερήσομαι· καὶ πῶς ὑπολαμβάνεις τὸ δραστικὸν καὶ παθητόν; ἆρα γε σύγχρονα καὶ ἄναρχα ἢ τὸ παθητὸν ἐκ τοῦ ἀνάρχου καὶ δραστικοῦ; οὔ φησιν· αὐτὸ γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ ἄψυχον καὶ ἀκίνητον ὄν, ὕστερον κινηθὲν καὶ ψυχωθὲν καὶ σχηματισθὲν ὑπὸ τοῦ δραστικοῦ νοῦ εἰς τελειότατον ἔργον. οὐκοῦν ὦ φίλε δύο ἀρχαὶ κατὰ σέ· μία μὲν ἐνεργητικὴ καὶ ἀγαθή, ἑτέρα παθητικὴ καὶ χείρων. εἰ οὖν ἐν ἄλλοις μονάδα τὴν ὄντως οὖσαν ἀρχὴν τῶν ὅλων καὶ ποιητικὴν ἐδογμάτισας, πῶς ὧδε τὴν ἀνείδεον ὕλην ἀποτολμᾷς καὶ λέγειν ἐξ ἑαυτῆς τὸ εἶναι ἔχουσαν, καθὼς ἔμπροσθεν διαρρήδην γράφεις. et paulo post: ταῦτα ἡμεῖς ἐνετυπώσαμεν οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἐν ταῖς κρίσεσι τῶν λόγων τοῦ ἀνδρός· ἀλλ' οἰόμεθα ταῦτα εἶναι προσθήκην τινῶν αἱρετικῶν ἢ σφάλμα γραφέως· ἐπεὶ καὶ δύναταί τις εὐσεβῶς νοεῖν τὰ εἰρημένα, ἐὰν προσθῇ καὶ τὸ ποιητὸν ἐν τῷ παθητόν· καὶ λέγειν οὕτως ἀναγκαιότατόν ἐστιν ἐν τοῖς οὖσι, τὸ μὲν εἶναι δραστήριον ὡς αἴτιον, τὸ δὲ παθητὸν καὶ ποιητόν· καὶ καλῶς μοι δοκεῖ γράφεσθαι οὕτως, ἵν' ἐπιστομίζῃ τις τοὺς τὴν ὕλην ἄναρχον ὑπολαμβάνοντας. ab eadem manu in prima pagina (fol. 1ʳ) haec adno-

tata sunt: ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ πρῶτον ὀφείλουσιν ἀναγινώσκεσθαι οἱ δύο περὶ μοναρχίας λόγοι· εἶτα ὁ περὶ κοσμοποιίας· καὶ μετ' αὐτὸν ὁ λδ' καὶ λε' οἵ εἰσιν εἰς τὸν μετὰ τὴν ἑξαήμερον, ὅτι κατὰ ἀκολουθίαν ἕπονται τῆς ἱστορίας καὶ ἀλληγορίας· καὶ μετ' αὐτοὺς ὁ $\bar{η}^{ος}$ λόγος, ὃς ἐπιγράφεται περὶ νόμων ἱερῶν ἀλληγορία· πλὴν δοκεῖ ἀναμέσον τούτων ἔχειν καὶ ἕτερον λόγον, ὃς ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ οὐκ ἔστιν· μετ' αὐτὸν δὲ τὸν $\bar{η}^{ον}$ λόγον ἀναγινώσκεται ὁ κη' λόγος, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας· ἔχει δὲ μέσον τούτων ἔλλειψίν τιν' ὡς οἶμαι. et paulo infra: εἰς τὸν λα' λόγον περὶ γιγάντων εὑρήσεις ὅτι δοξάζει καὶ ὅλος ὁ κόσμος πεπλήρῶσθαι (sic) ψυχῶν καὶ αὐτοὶ οἱ σύμπαντες ἀστέρες εἰσὶν ἔμψυχοι, ἐπεὶ ἀεὶ καὶ ῥητοί εἰσιν. et in ima pagina: τρεῖς γὰρ δόξας ἐναντίας τῇ ἐκκλησίᾳ εὑρίσκω τοῦτον σφάλλοντα· τὴν ὕλην ἄναρχον· προϋπαρξιν ψυχῶν· τοὺς ἀστέρας ζῶντας καὶ τὸν ἀέρα ζωόν. tertia manu eaque recentissima praecipue in *legum allegoriarum* lib. II et *de somniis* lib. II variae lectiones brevesque observationes margini adscriptae sunt, passim etiam numeri quibus paginae editionis principis Philonis denotantur. hanc manum Davidis Hoeschelii esse suspicor (v. infra caput de editionibus).

Eandem textus formam quam A praebent omnes codices quibus eadem scripta Philonis (vel eorum pars) eodem ordine descripta traduntur. plane igitur cum Monacensi A congruunt hi codices:

Vaticano-Palatinus graecus 183, chartaceus saec. XIV, fol. 577, in fine mutilus. cf. Stevenson, Codd. mss. Palat. gr. p. 94.

Vaticani graeci 380 et 378, chartacei saec. XV.

Coislinianus 43 et Vaticanus graecus 2174, chartacei saec. XVI.

quae ratio inter hos codices et Monacensem A intercedat iam Wendland (*Neu entdeckte Fragmente Philos* p. 126[3]) breviter indicavit. Palatinus 183 e codice A ipso videtur transcriptus esse. nam praeterquam quod in omnibus mere consentiunt, verba quae in fine libri *de agricultura* (fol. 332ʳ) scriba codicis A adnotavit ἰστέον ὅτι ἡ βίβλος ἐσφαλμένη ἦν· καὶ ὁ βουλόμενος κατήγορος ἔστω μοι τῆς ἀμαθίας, eadem eodem loco in Palatino (fol. 415ʳ) leguntur. a Palatino 183 autem pendent Vaticani 380 et 378, qui manu eadem exarati Ioannis Thessali Scutariotae, ut testatur subscriptio codicis Vat. 378 (θῦ τὸ δῶρον καὶ Θετταλοῦ ὁ κόπος), unum quasi codicem efficiunt, cuius altera pars (Vat. 380) viginti tres

libros Philonis priores (1—23) altera quindecim reliquos (24—38) comprehendit. namque in Palatino 183 bibliopegi culpa duo quaterniones loca inter se mutaverunt, ut fol. 201—208 ea nunc legantur quae ante folia 193—200 collocari debebant (sunt autem verba ex libro *de opificio mundi* 14,3 τὸ σπέρμα περιέχον usque ad 33,23 βάθους ἐπιπέδῳ προστεθέντος): atque eadem confusio in Vaticano 380 reperitur, cuius librarius exemplum fidelissime expressit, quamquam in Palatino error notatus est. porro Coislinianus 43 a Iacobo Diassorino (de quo cf. quae dixi in *Philol. Abhandl. Martin Hertz dargebracht* p. 137 sqq.) in Italia medio fere saeculo XVI scriptus, qui viginti tres libros Philonis eosdem continet quos Vaticanus 380, in libro *de opificio mundi* eandem confusionem prae se fert, ut Diassorinum exemplo usum esse Vaticano 380 pro certo haberi possit. sicut autem Vaticani 380 frater gemellus est Vaticanus 378, ita Coisliniani 43 Vaticanus 2174, quo libri Philonis quindecim illi posteriores continentur. nam ut Ricardus Foerster a me rogatus codice nuper examinato benignissime mihi rescripsit, tota specie et forma scripturae Vaticanus 2174 cum Coisliniano adeo congruit, ut nullus dubitem quin et ipse a Diassorino sit exaratus et descriptus e Vaticano 378.

Praeter eos quos nominavi codices familiae A adnumerandus est codex Ottobonianus graecus 74, chartaceus saec. XVII, ubi fol. 1-63ᵛ octo primi libri Philonis (περὶ περιτομῆς — νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα) exstant eodem ordine atque in A sese excipientes: cf. Feron e Battaglini, Codd mss. gr. Ottoboniani bibliothecae Vaticanae p. 46. denique hoc loco commemorandus est codex Matritensis bibliothecae academiae historicae Est. 11 gr. 2ª num. 40 signatus, chartaceus, anno 1508 scriptus (subscr.: τέλος σὺν θεῷ ἁγίῳ ἀμήν· ἐν Ῥόδῳ ‚αφη΄), de quo nihil cognitum habeo nisi quae Graux-Martin in libro *Notices sommaires des mss. grecs d'Espagne et de Portugal (Extrait des Nouvelles Archives des missions scientifiques et littéraires tome II)* p. 13 rettulerunt. sed ex illa descriptione accuratissima quin colligendum sit codicem ad familiam A pertinere nullus dubito. complectitur enim Philonis triginta octo libros eosdem eisdemque titulis instructos atque A, sed ordine diverso digestos. indicem subiunxi singulis libris adscribens numeros codicis A uncis inclusos:

De codice Matritensi Est. 11 gr. 2ª nr. 40

1—3[13—15]. περὶ τοῦ βίου Μωσέως.
4[38]. βίος σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος ἢ περὶ νόμων ἀγράφων.
5[2]. περὶ μοναρχίας.
6[3]. περὶ μοναρχίας ἔτι.
7[16]. περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιίας.
8[34]. νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον.
9[35]. Φίλωνος τὴν (sic) μετὰ τὴν ἑξαήμερον.
10[8]. νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα.
11[10]. περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμιῶν.
12[28]. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας.
13[27]. περὶ ὧν ἱερουργοῦσιν Ἄβελ τε καὶ Καΐν.
14[30]. ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον.
15[31]. περὶ γιγάντων.
16[29]. περὶ γεωργίας.
17[32]. περὶ ἀποικίας.
18[33]. περὶ τῆς πρὸς τὰ προπαιδεύματα συνόδου.
19[9]. περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος.
20[1]. περὶ περιτομῆς.
21[7]. περὶ τῶν μετονομαζομένων καὶ ὧν ἕνεκα μετονομάζονται.
22[24]. ἱστορία πάνυ ὠφέλιμος καὶ τῷ βίῳ χρήσιμος τὰ κατὰ τὸν Φλάκκον ἤτοι περὶ προνοίας.
23[25]. ἱστορία πάνυ χρήσιμος καὶ ὠφέλιμος περὶ τῶν κατὰ τὸν Γάϊον καὶ τῆς αἰτίας τῆς πρὸς ἅπαν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπεχθείας αὐτοῦ.
24[19]. περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον.
25[20]. περὶ τοῦ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῆς τὸ τέταρτον.
26[23]. βίος πολιτικὸς ὅπερ ἐστὶ περὶ τοῦ Ἰωσήφ.
27. 28[36. 37]. περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους.
29[18]. περὶ καταστάσεως ἀρχόντων.
30[17]. εἰς τὸν δεκάλογον Μωσέως.
31[22]. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη τῶν ι' λογίων, τό τε ς' καὶ τὸ ζ', τὸ κατὰ μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου καὶ τὸ κατὰ τῶν ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας.
32[5]. περὶ ζῴων τῶν εἰς τὰς θυσίας καὶ τίνα τῶν θυσιῶν τὰ εἴδη.
33[6]. περὶ θυόντων.
34[4]. περὶ τοῦ τίνα γέρα ἱερέων.

35[26]. τὰ πρὸς δικαστήν. „Ce traité est suivi dans le ms., sans rien qui indique de changement, sans même un alinéa par le *de humanitate* (Mang. II 383), lequel est suivi, dans les mêmes conditions, par le *de paenitentia* (II 405). Ce dernier morceau est incomplet à la fin, il se termine sur les mots συμφέρον αὐτομολεῖν (II 406,16)“.

36[21]. περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι.

37[11]. περὶ ἀρῶν.

38[12]. περὶ ἀνδρίας.

vides quantopere tituli vel in minutiis cum titulis codicis A conspirent. itaque nihil damni apparatum criticum nostrum tulisse credimus, quod ampliorem et accuratiorem codicis notitiam ut nancisceremur non contigit. vix enim fore ut novi aliquid ex eo cognoscamus sperandum est.

De codice Veneto B

Praeter Monacensem A unus huius familiae codex a nobis adhibitus est Venetus graecus 41 (B), chartaceus, formae quadratae, fol. 360, saeculo XIV exaratus, olim Bessarionis cardinalis Tusculani. contulit Wendland. ordo librorum discrepat a codice A, tituli plane congruunt. complectitur codex triginta libros Philonis a librario numeris (λόγος) α'—λ' signatos (adscripsi numeros codicis A):

1[23]. βίος πολιτικὸς ὅπερ ἐστὶ περὶ τοῦ Ἰωσήφ.

2—4[13—15]. περὶ τοῦ βίου Μωσέως.

5[16]. περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιίας.

6[18]. περὶ καταστάσεως ἀρχόντων.

7[19]. περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον.

8[20]. περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῆς τὸ τέταρτον.

9[21]. περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι.

10[31]. περὶ γιγάντων.

11[30]. περὶ τοῦ ἄτρεπτον τὸ θεῖον.

12[7]. περὶ τῶν μετονομαζομένων καὶ ὧν ἕνεκα μετονομάζονται.

13[17]. εἰς τὴν (sic) δεκάλογον Μωσέως.

14[1]. περὶ περιτομῆς.

15. 16[2. 3]. περὶ μοναρχίας.

17[4]. περὶ τοῦ τίνα γέρα ἱερέων.

18[5]. περὶ ζῴων τῶν εἰς τὴν θυσίαν καὶ τίνα τῶν θυσιῶν τὰ εἴδη.

19[6]. περὶ θυόντων.

20[24]. ἱστορία πάνυ ὠφέλιμος καὶ τῷ βίῳ χρήσιμος· τὰ κατὰ τὸν Φλάκκον ἤτοι περὶ προνοίας.

21[25]. ἱστορία πάνυ χρήσιμος καὶ ὠφέλιμος· περὶ τῶν κατὰ τὸν Γάϊον καὶ τῆς αἰτίας τῆς πρὸς ἅπαν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπεχθείας αὐτοῦ.

22[26]. τὰ πρὸς δικαστήν. cum hoc opusculo coniunctus est liber *de humanitate* cum initio opusculi *de paenitentia* ut in codice A.

23[8]. νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα.

24[9]. περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος κτλ.

25[10]. περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμιῶν.

26[11]. περὶ ἀρῶν.

27[12]. περὶ ἀνδρίας.

28. } [22] περὶ ἀνδροφόνων (Mang. II 313—327).

29. } [22] περὶ τοῦ μὴ ἀναισχυντεῖν γυναῖκας (Mang. II 327—334).

30. } [22] περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη τῶν δέκα λογίων, τό τε ϛ' καὶ τὸ ζ', τὸ κατὰ μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου καὶ τὸ κατὰ τῶν ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας (Mang. II 299—313).

de totius codicis B scripturae forma et cum aliis necessitudine certum iudicium nunc quidem ferre non ausim, quoniam ex libris in hoc volumine primo editis duos tantum *de opificio mundi* et *legum allegoriarum* lib. III tradit, in ceteris libris qualis sit eius memoria accuratius perquirere nondum licuit. in universum tamen hoc dici posse mihi videtur, codicem B ad codicum familiam A pertinere, sed e codice aliquo descriptum esse multo mendosiore quam is fuit e quo codex A fluxit. nititur hoc iudicium comparatione codicis B cum codice A in duobus libris illis instituta. idem confirmatur ea parte libri *de sacrificiis Abelis et Caini* quae sola in codice B traditur (scilicet opusculo περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι) et libro *de vita contemplativa* quem F. C. Conybeare nuper edidit (Oxonii 1895).

De codicum familia H. de codice H

Alterius classis codicum deteriorum exemplum potissimum est codex Venetus graecus 40 (H), chartaceus, formae quartae, fol. 449, saeculo XIV scriptus, olim Bessarionis cardinalis. contulit Wendland, locos dubios vere anni 1893, dum aliquot dies Venetiis commoror, ipse inspexi. codex ab altera eaque docta manu (saeculi XV ut videtur) tractatus

multisque locis correctus est; ab eadem manu quattuor folia codicis quae interciderant (fol. 55. 56 et 110. 111) suppleta sunt. duo quaterniones perperam collocati sunt, folia enim 59—66 post folia 67—73 compingere debebat bibliopegus (illud folium quod fol. 72 sequitur in numerandis paginis praetermissum est). continet codex quadraginta sex libros Philonis a librario α'—μϛ' numeratos:

1. Φίλωνος περὶ τῆς Μωυσέως κοσμοποιίας.
2. περὶ τῶν δέκα λογίων ἃ κεφάλαια νόμων εἰσίν.
3. τὰ περὶ δικαστοῦ (Mang. II 344—348).
4. περὶ εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας (*de humanitate* Mang. II 383—405). adiunctum est sine titulo opusculum *de paenitentia* usque ad verba πάγκαλον γὰρ καὶ συμφέρον αὐτομολεῖν (Mang. II 406, 16).
5. περὶ καταστάσεως ἄρχοντος.
6. περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον.
7. περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν.
8. περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι.
9. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη τῶν δέκα λογίων, τὸ ἕκτον καὶ τὸ ἕβδομον, τὸ κατὰ τῶν μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου, καὶ τὸ κατὰ ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας.
10. βίος πολιτικοῦ ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ.
11. περὶ ὧν ἱερουργοῦσιν Ἄβελ τε καὶ Κάϊν.
12. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας καὶ τοῦ κτισθέντος πρώτου ἐξ ἀνθρώπου Κάϊν. in fine (fol. 116ʳ) haec leguntur: ὁ παρὼν λόγος ἤκουσα ὅτι ἔχει καὶ ἕτερον λόγον.
13. περὶ γεωργίας.
14. περὶ γιγάντων.
15. ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον.
16. περὶ ἀποικίας.
17. περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου.
18. περὶ βίου σοφοῦ ἢ νόμων ἀγράφων. subscriptio libri: Φίλωνος βίος σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος.
19. περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος.
20. περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους (*de somniis* lib. I).
21. περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμίων.
22. περὶ ἀρῶν.

23. περὶ ἀρετῶν ἤτοι περὶ ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας (*de fortitudine*). subscriptio: Φίλωνος περὶ ἀνδρείας.
24. εἰς Φλάκκον.
25. περὶ ἀρετῶν καὶ πρεσβείας πρὸς Γάϊον.
26. περὶ τοῦ βίου Μωσέως λόγος πρῶτος.
27. περὶ τοῦ βίου Μωσέως λόγος δεύτερος.
28. περὶ τοῦ βίου Μωσέως λόγος τρίτος. subscriptio huius libri: ἐπλήρωσεν ὁ περὶ ἱερωσύνης λόγος.
29. περὶ εὐγενείας.
30. περὶ φυγάδων.
31. περὶ φυτουργίας τὸ δεύτερον Νῶε.
32. περὶ τοῦ ἐξένηψε Νῶε.
33. περὶ συγχύσεως διαλέκτων.
34. περὶ ἀφθαρσίας κόσμου.
35. περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι.
36. περὶ μέθης. post hunc librum iterum descriptus est liber περὶ ἀποικίας iam supra (16.) exaratus, ut declarant etiam verba a lectore aliquo in margine adscripta haec: ὁ παρὼν ὅλος λόγος ἐγράφη καὶ πάλιν κατὰ λήθην ἐγράφη.
37. περὶ περιτομῆς.
38. 39. περὶ μοναρχίας (lib. I. II)
40. περὶ τοῦ τίνα γέρα ἱερέων.
41. περὶ ζῴων τῶν εἰς θυσίας καὶ τίνα τῶν θυσιῶν τὰ εἴδη.
42. περὶ θυόντων.
43. νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα (*leg. alleg.* lib. III)
44. περὶ ἀνδροφόνων (Mang. II 313,26—322,29). incipit: ὄνομα μὲν ἀνδροφονία. explicit: περὶ οἰκετῶν νομοθετεῖται βιαίως ἀναιρεθέντων.
45. περὶ τῶν οἰκέτας κτεινόντων (Mang. II 322,29—327,26). incipit: θεράποντες τύχῃ μὲν ἐλάττονι κέχρηνται. explicit: καὶ τὰ ἡσυχασθέντα προσπεριέλαβεν.
46. περὶ τοῦ μὴ ἀναισχυντεῖν γυναῖκας (Mang. II 327,27—334,8). incipit: ἀγοραὶ καὶ βουλευτήρια. explicit: τοῖς δρῶσιν ἐξομοιοῦσθαι.

opuscula tria in fine descripta περὶ ἀνδροφόνων, περὶ τῶν οἰκέτας κτεινόντων, περὶ τοῦ μὴ ἀναισχυντεῖν γυναῖκας non ex eodem fonte videntur fluxisse ac reliqua pars codicis. sunt enim particulae libri tertii *de*

specialibus legibus, quem librum integrum iam supra (9.) descriptum videmus. ac re vera desunt in eis codicibus huius familiae qui non ab ipso codice H pendent (ut in Parisino 433: v. infra). accedit quod textus forma in opusculis illis tradita valde discrepat ab ea forma quam in libro integro (9.) codex exhibet, congruit vero cum codice Veneto B (28. 29).

Praeter singularem librorum ordinem familia H hoc potissimum sibi proprium habet, quod libri *de sacrificiis Abelis et Caini* paragraphos 21—32 (p. 210,1—215,20 huius editionis) plane omittit eumque locum tantummodo in opusculo e duobus frustulis Philoneis conglutinato περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι tradit. cf. Wendland *Neu entd. Fragm. Philos* p. 126. exstant autem in bibliothecis permulti huius familiae codices, quorum plerisque a nobis inspectis quoniam nihil novi ex iis accrescere intelleximus, omnes (excepto uno de quo mox plura) abiiciendos et ex apparatu critico removendos duximus. omnes igitur huius generis codices, quotquot vel inspeximus vel e bibliothecarum catalogis cognitos habemus, breviter hoc loco enumerasse satis habui.

Venetus graecus 39, membranaceus, formae maximae, fol. 271, saec. XV, gemellus codicis H vel ex eo descriptus.

Vaticanus graecus 382, chartaceus, saec. XV, e codice H descriptus.

Vaticano - Palatinus graecus 311, chartaceus in folio, pag. 899, saec. XV—XVI. continet prima manu exarata (p. 1—880) omnia eadem scripta Philonea quae codex H, deinde altera manu (p. 882—899) librum περὶ τῶν μετονομαζομένων. cf. Stevenson, Codd. mss. Palatini gr. p. 174.

Genuensis bibliothecae Congregationis missionis urbanae 39, chartaceus saeculi XIV exeuntis. omnia eadem atque in H quadraginta sex scripta Philonis ibi tradita esse per litteras ad Wendlandium datas docuit Federico Eusebio Genuensis.

Ottobonianus graecus 48, chartaceus, fol. 626, saec. XVII. continet quadraginta quinque scripta Philonea, omittit in fine opusculum περὶ τοῦ μὴ ἀναισχυντεῖν γυναῖκας. cf. Feron e Battaglini, Codd. mss. gr. Ottobon. biblioth. Vat. p. 34.

Monacensis graecus 124, chartaceus, formae maximae, saec. XVI, e codice H descriptus, ut librarius ipse his verbis testatus est:

φίλωνος ἰουδαίου τὰ συγγράμματα πάντα τὰ εὑρισκόμενα μετεγράφησαν ἐκ τῆς βιβλιοθήκης βεσσαρίωνος καρδηνάλεως τοῦ τῶν τούσκλων, ἕλληνος τὸ γένος. cf. quae dixi in editione libri *de opificio mundi* p. XVI.

Escurialensis Υ I 5, chartaceus in folio, saec. XV, fol. 449, olim Mendozae. praemittitur index librorum quadraginta sex, quorum tituli plane conspirant cum codice H, sed exstant viginti tres tantum libri priores, codex desinit in fine libri περὶ ἀρετῶν ἤτοι περὶ ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας sive *de fortitudine* (λόγος κγ'), ut Otto Cuntz officiosissime codice inspecto mecum communicavit.

Leeuwardensis 40 (olim Pelicerianus, deinde Claromontanus 199, tum Meermannianus 376), chartaceus, saec. XVI, fol. 281. videtur codex conflatus esse e duabus partibus, quarum altera ad classem H pertinens libros 1—9 et 11—13 complectitur, altera (fol. 147—281) ex alio fonte derivata hos libros continet: περὶ βίου Μωσέως (lib. I. II). περὶ ἱερωσύνης (i. e. *de vita Mosis* lib. III). βίος πολιτικοῦ ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ. περὶ ἀρετῶν ἤτοι περὶ ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας καὶ μετανοίας (*de fortitudine*). βίος κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος ἢ νόμος ἀγράφων. περὶ ἀρετῶν κτλ. (*de fortitudine* iterum). cf. H. Omont *Catalogue des mss. grecs des bibl. des Pays-Bas* (*Centralbl. für d. Bibliothekswesen* 1887) p. 20.

Parisinus graecus 434 (olim Regius 2250), chartaceus, formae quadratae, fol. 433, ineunte saeculo XVI variis manibus scriptus. anno 1529 ex Italia in bibliothecam regiam Fontebladensem pervenit: cf. H. Omont *Catalogue des mss. grecs de Fontainebleau* p. 372 num. 21. in prima pagina manu Constantini Palaeocappae scripta leguntur haec:

† τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ βίβλῳ τῇδε·

† φίλωνος ἰουδαίου περὶ τῆς μωυσέως κοσμοποιίας. λόγοι ιη'.

† τοῦ αὐτοῦ περὶ βίου μωσέως λόγοι γ'.

† διήγησις ἱστορικῷ τύπῳ διεξιοῦσα τὰ τῆς παλαιᾶς γραφῆς (sunt Ioannis Zonarae Annales).

codex ad classem H pertinet ac fortasse ex ipso codice H transcriptus est. certe in fine libri *de Cherubim* (fol. 208r) eadem atque in H leguntur verba ὁ παρὼν λόγος ἤκουσα ὅτι ἔχει καὶ

ἕτερον λόγον. insunt (fol. 1—380) Philonis libri viginti unus, in H numerati α′—ιη′ et *de vita Mosis* libri tres (κϛ′—κη′).

Vaticanus Reginensis graecus 94, chartaceus saec. XVI. continet fol. 48—68 unum Philonis librum περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι. forma scripturae valde corrupta cum codice H congruit.

De codice L Singularem in numero codicum huius familiae locum obtinet Parisinus graecus 433 (L), olim Regius 1895, primum quod e codice diversi generis correctus et in fine suppletus est, tum quod Adriano Turnebo pro fundamento fuit in editione principe Philonis adornanda. codex est chartaceus, formae quartae maioris, fol. 567, saeculo XVI a Nicolao Sophiano exaratus. descripti sunt fol. 1—552 eodem ordine atque in H quadraginta tres libri Philonis (περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιίας—νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα), deinde sequuntur duo libri qui a codice H ceterisque eius familiae codicibus absunt:

fol. 552ᵛ: νόμων ἱερῶν ἀλληγορία (sic) τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύρον (*leg. alleg.* lib. I).

fol. 563ᵛ: περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς τρία γένη τῶν δέκα λόγων, τὸ τρίτον, τὸ τέταρτον, τὸ πέμπτον, τὸ περὶ εὐορκίας καὶ σεβασμοῦ καὶ τῆς ἱερᾶς ἑβδόμης καὶ γονέων τιμῆς (est initium libri II *de specialibus legibus* Mang. II 270—277).

Sophianus igitur quadraginta tres libros e codice quodam classis H descripsit, opuscula duo extrema ex alio codice adiecit atque eodem adhibito in ceteris libris pristinam scripturam multis locis corrigere conatus est. alterum codicem Vaticanum 379 fuisse infra videbimus. codicem L utpote vulgati textus fontem primarium in apparatu critico ubique respiciendum duxi, sed eis tantum locis nominatim laudavi, ubi scriptura eius a codice H discrepat, consensum in hoc volumine non notavi nisi in libro *quod deterius potiori insidiari soleat*, in quo non tanta est inter utrumque codicem necessitudo quanta in ceteris libris nec raro L meliorem codice H scripturam servavit. correctas lectiones (L²) omnes enotavi. collatione huius codicis usus sum a Constantino Tischendorfio anno 1842 Parisiis pro Ch. G. L. Grossmanno Lipsiensi facta, quam ex hereditate C. G. Ottonis sibi relictam Ch. G. Baltzer pastor Wernsdorfi-

ensis liberalissime mihi adhibendam concessit. cf. quae dixi in Philol. vol. LI p. 274[3].

Postquam singulos utriusque familiae codices enumeravimus, nunc duo codices ex utroque genere mixti nominandi sunt. quorum alter est Petropolitanus XX Aa 1 (P) in bibliotheca academiae imperialis Petropolitanae adservatus, chartaceus, formae octavae, fol. 446, saec. XIII vel XIV scriptus, olim monasterii montis Athus Vatopedii. cf. E. de Muralt *Beiträge zur alten Literatur* (St. Petersburg 1844) p. 17 sqq. codicem bis liberaliter Berolinum transmissum contulit Wendland[1]). continentur eo undetriginta libri Philonis. fol. 1 exstat nomen Ἀρσενίου. praemissus est fol. 2ʳ πίναξ τῶν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ ἐμφερομένων λόγων τοῦ σοφωτάτου φίλωνος. indicem librorum subiunxi numeris additis codicis A et codicis H: De codice P

I 1[A 16]. περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιίας.
2[A 17]. εἰς τὸν δεκάλογον Μωσέως.
3[A 34. 35]. περὶ νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον (*leg. alleg.* lib. I. II).
4[A 28]. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας καὶ τοῦ κτισθέντος πρώτου ἐξ ἀνθρώπου Καΐν.
5[A 8]. περὶ νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα (*leg. alleg.* lib. III).

---

[1]) Hunc codicem olim tractavit Christ. Frid. de Matthaei, ut Albertus Jahn Bernensis nos monuit in litteris ad Wendlandium datis. haec enim Matthaei scripsit in praefatione libri *XXI veterum et clarorum medicorum graecorum varia opuscula . . . graece ed. Christ. Frid. de Matthaei* (Mosquae 1808) p. VII: „. . . liberaliter et humaniter mecum egit Nicolaus Nicolaides de Nowosilzow, Vir illustrissimus atque Excellentissimus, cuius gratia et beneficio ad me huc Mosquam missus est Codex Philonis Alexandrini, qui ab eodem Alexio Michaelide Rossorum imperatore emtus est ex monasterii montis Athus Batopedii bibliotheca. continet iste codex, qui saec. XIV in charta bombycina scriptus est, XXIX libros Philonis, ac nullo modo deterior est Codice Mediceo, cuius laudes Mangey tanto opere praedicat. per plures menses hic Codex Petropolitanus fuit penes me. igitur eum a principio ad finem cum editione Londinensi comparavi et lectiones discrepantes diligenter notavi. curam geram ut me vita functo istae animadversiones cum reliquis omnibus quae [sic!] ex diversis bibliothecis tam Rossicis quam Germanicis collegi quaeque satis multa ac notabilia sunt in illustri aliqua bibliotheca reponantur.“ collatio illa quo pervenerit indagare non contigit. in bibliotheca regia Dresdensi, ubi multi libri manuscripti et collationes Matthaeii adservantur, eam non exstare roganti mihi Schnorr de Carolsfeld praefectus bibliothecae Dresdensis benignissime rescripsit.

II 6[H 3]. τὰ περὶ δικαστοῦ.
7[H 4]. περὶ εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας.
8[H 5]. περὶ καταστάσεως ἄρχοντος.
9[H 6]. περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον.
10[H 7]. περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν.
11[H 8]. περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι.
12[H 9]. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη τῶν ι' λογίων, τὸ ς' καὶ τὸ ζ' κτλ.
13[H 10]. βίος πολιτικοῦ ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ.
14[H 11]. περὶ ὧν ἱερουργοῦσιν Ἄβελ τε καὶ Κάϊν.
15[H 14]. περὶ γιγάντων.
16[H 15]. περὶ τοῦ ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον.
17[H 16]. περὶ ἀποικίας.
18[H 18]. περὶ βίου σοφοῦ ἢ νόμων ἀγράφων.
19[H 19]. περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος.
20[H 20]. περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους (*de somniis* lib. I).
21[H 21]. περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμιῶν.
22[H 22]. περὶ ἀρῶν.
23[H 23]. περὶ ἀρετῶν ἤτοι περὶ ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας (*de fortitudine*).
24[H 26]. περὶ βίου Μωυσέος.
25[H 27]. περὶ βίου Μωσέως λόγος δεύτερος.
26[H 28]. περὶ βίου Μωυσέος λόγος τρίτος.
27[H 29]. περὶ εὐγενείας.
28[H 33]. περὶ συγχύσεως διαλέκτων.
29[H 34]. περὶ ἀφθαρσίας κόσμου.

codicem e duabus partibus compositum esse apparet. in parte priore, quae primos libros quinque complectitur, P omnino cum codice A conspirat, ut eius gemellus fere dici possit. in parte altera describenda (6—29) librarius exemplo usus est codicis H simillimo, in quo sine dubio scripta omnia Philonis exstabant eadem atque in H; quae tamen ille non omnia transcripsit, sed primum omisit eos libros quinque quos e codice cum A cognato iam descripserat, tum aliis quoque praetermissis libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου operae suae finem imposuit. huius codicis lectionum varietatem, etsi vel cum A vel cum H plerumque consentit, in apparatum criticum recipere non dubitavi, quoniam aetate

et codicem A fere aequiparat et codicem H superat ac meliorem et integriorem interdum utroque se praestat. cf. etiam quae scripsit F. Cumont in editione libri *de aeternitate mundi* p. XXVI.

Alter codex mixti argumenti est Oxoniensis Collegii Novi 143, quem partim cum codice H partim cum Veneto B cohaerere iam in Philol. vol. LI p. 272 demonstravi. constat codex e duabus partibus, quarum una folia 181, altera folia 212 comprehendit. utraque pars saeculo XVI exarata est. priorem partem Arsenius episcopus Monembasiae videtur scripsisse. in fine alterius haec legitur subscriptio: *Patauii exscriptum anno ab incarnatione Seruatoris et domini nostri Ihesu Christi M. D. XXXIII. Die XXIII Decembris.* scriba huius partis, cum aestate anni 1891 codicem iterum inspiciebam, fuisse mihi videbatur Bartholomaeus Comparinus, quem multos codices Patavii transcripsisse constat. pars prior quattuordecim libros Philonis continet, quos e codice ad familiam H pertinente descriptos esse iam demonstrant numeri titulis plerisque appicti (λόγος δ', λόγος ια', λόγος ιβ' etc.). insunt autem libri in codice H his numeris signati: 4. 11. 12. 13. 16. 17. 18. 20. 29. 30. 31. 32. 33. 34. librarius vel codice H ipso vel eius gemello Veneto 39 videtur usus esse. alteram partem e Veneto B compilatam esse iam in praefatione editionis libri *de opificio mundi* (p. XIII) docui. postea codice aliis locis inspecto eundem ubique cum codice B consensum repperi atque eundem in libro *de vita contemplativa* exstare confirmavit Conybeare. continentur altera parte viginti quattuor libri Philonis in indice librorum codicis B his numeris notati: 7. 8. 9. 10. 11. 12. 23. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 30. 5. 24. 25. 26. 27. 28. 6. 20. 21. haec hactenus de duabus codicum deteriorum familiis.

Iam ad libros melioris notae transeamus. in his tertiam quasi familiam efficiunt codices UF et qui cum eis artiore vinculo coniuncti sunt. quorum vetustissimus ac pretiosissimus est codex Vaticanus graecus 381 (U), formae octavae, in charta bombycina saeculo XIII vel XIV manu ineleganti scriptus, lectu difficillimus. scripturae specimen exstat in Tischendorfii *Philoneis*. contulit Wendland, de multis locis, ubi de scriptura codicis dubitationes mihi occurrerant, Iohannes Tschiedel et Alfredus Schiff benevolentissime certiorem me fecerunt. continet codex

De libris melioris notae. De familia UF.

De codice U

undecim libros Philonis qui omnes excepto primo (περὶ ἀφθαρσίας κόσμου) ad magnum illud legum sacrarum allegoriarum opus pertinent:

1. περὶ ἀφθαρσίας κόσμου.
2. νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ α´ et τὸ β´. *legum allegoriarum* qui in editionibus fertur liber primus in hoc codice (et in ceteris huius generis) in duas partes diremptus est: prior pars explicit verbis καὶ ἡγίασεν αὐτήν (§ 17 p. 65,4 huius ed.), sequitur subscriptio φίλωνος νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ πρῶτον, deinde adiungitur altera pars libri novo titulo instructa φίλωνος νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ β´, eaque terminatur subscriptione νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας δεύτερον.
3. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας. hunc librum non integrum codex exhibet, explicit verbis καὶ ὡς μεγαλοπρεπῶς διεξέρχεται ἅμα καὶ θεοπρεπῶς περὶ τούτων κατανοήσωμεν (§ 84 p. 190,20) addita subscriptione φίλωνος περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας.
4. περὶ γενέσεως Ἄβελ καὶ ὧν αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κάϊν ἱερουργοῦσιν. liber in fine mutilus, explicit verbis τοῦτο δὲ τὸ ἡγεμονικὸν διακεχώρηκεν (p. 257,8).
5. περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι.
6. περὶ τῶν τοῦ δοκησισόφου Κάϊν ἐγγόνων καὶ ὡς μετανάστης γίνεται.
7. περὶ γιγάντων.
8. ὅτι ἄτρεπτόν ἐστι τὸ θεῖον.
9. περὶ γεωργίας. incipit: οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων (omissis textus biblici verbis καὶ ἤρξατο Νῶε—ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ). explicit: οὐκ ἀμελῶς ἐπιδέδεικται (Mang. I 310,28). reliqua desunt.
10. περὶ φυτουργίας τὸ δεύτερον Νῶε.
11. περὶ μέθης. sequuntur liber quidam Ioannis Philoponi et commentarii in Aratum.

insignis est codex U praeter ceteros omnes (eiusdem quoque familiae), quod in eo solo servatus est liber *de posteritate Caini* (6), quem post Mangeium paulo accuratius edidit C. Tischendorf in *Philoneis* suis.

De codice F Recentior sed plenior est Vaticano U alter codex huius familiae maximi faciendus Laurentianus plut. LXXXV cod. 10 (F), formae

maximae, chartaceus, fol. 559, saec. XV et XVI exaratus. constat e duabus partibus, quarum antiquior (saec. XV scripta) in initio et in fine mutila folia 15—412 comprehendit, altera manu recentiore (saec. XVI) suppleta folia 3—14 et 413—559 complectitur (fol. 1—2 exstat πίναξ εἰς τὰ βιβλία τοῦ φίλωνος ἰουδαίου). cum alios libros tum librum *de opificio mundi* contulit Wendland, reliquos libros huius voluminis ipse vere anni 1893 contuli. ac primum de antiquiore parte codicis dicamus. ea continentur triginta sex libri Philonis, quorum tituli partim a ceteris codicibus valde discrepant:

1. *de vita Mosis* liber I, cuius maior pars (cum titulo Φίλωνος ἰουδαίου περὶ βίου μωυσέως, ὅπερ ἐστὶ περὶ θεολογίας καὶ προφητείας λόγος α´) manu recentiore suppleta est.
2. περὶ ἀρετῶν, ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας καὶ μετανοίας καὶ φιλανθρωπίας. λόγος δεύτερος (i. e. *de fortitudine*).
3. περὶ τῆς Μωϋσέως νομοθετικῆς. λόγος γ´ (*de vita Mosis* lib. II).
4. περὶ τῆς Μωϋσέως ἱερωσύνης. λόγος δ´ (*de vita Mosis* lib. III).
5. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη τῶν δέκα λογίων, τό τε ς´ καὶ τὸ ζ´: καὶ τὸ κατὰ μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου καὶ τὸ κατὰ ἀνδροφόνου καὶ πάσης βίας.
6. περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμίων. verba extrema ὁ προφήτης τὸν θεὸν ἐμπεριπατεῖν κτλ. (Mang. II 428,10) a prima manu omissa sunt, a manu recentiore addita.
7. περὶ τῆς τοῦ Μωσέως κοσμοποιίας.
8. κεφάλαια νόμων τὰ πρὸς τὸν δικαστήν (*de iudice*).
9. βίος πολιτικὸς ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ.
10. βίος σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος ἢ νόμων, ὅς ἐστι περὶ Ἀβραάμ.
11. λόγος περὶ εὐσεβείας. est liber *de humanitate* et cum eo coniunctum initium opusculi *de paenitentia* usque ad verba πάγκαλον γὰρ καὶ συμφέρον αὐτομολεῖν (Mang. II 406, 16); reliqua in margine supplevit recentior manus.
12. περὶ καταστάσεως ἀρχόντων.
13. περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον.
14. περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν τὸ δ´.

15. περὶ τῶν δέκα λογίων ἃ κεφάλαια νόμων εἰσίν.

16. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο κεφάλαια τῶν δέκα λόγων, τό τε μὴ νομίζειν ἔξω τοῦ ἑνὸς θεοὺς ἑτέρους αὐτοκρατεῖς καὶ τὸ μὴ χειρότμητα θεοπλαστεῖν (= *de circumcisione*).

17. περὶ μοναρχίας νόμοι (*de monarchia* lib. I).

18. περὶ ἱεροῦ. incipit: Τὸ μὲν ἀνωτάτω. explicit: αἱ τῶν εὐσεβούντων ἐλπίδες (*de monarchia* lib. II pars prior: Mang. II 222—224,46).

19. περὶ ἱερέων. incipit: φυλαὶ μὲν οὖν εἰσι. explicit: συνεφέλκονται καὶ τὴν μητέρα (*de monarchia* lib. II pars posterior: Mang. II 225—232, 26).

20. γέρα ἱερέων.

21. περὶ τῶν εἰς τὰς ἱερουργίας ζῴων καὶ τίνα τῶν θυσιῶν τὰ εἴδη.

22. περὶ θυόντων. in hoc libro inter verba ὁρατὰ φέγγη τῷ βλεπομένῳ et τὰ ἄλλα τὰ περὶ (Mang. II 254, 45) leguntur verba πάντα καλῶς — κολάσεων ἐπάξια καὶ τιμωριῶν, quae in codicibus deterioribus et in editionibus initium opusculi περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι (Mang. II 264—265, 28) efficiunt. cf. Wendland *Neu entd. Fragm. Philos* p. 138. reliqua pars opusculi περὶ θυόντων exceptis verbis extremis infelici casu intercidit, pergit enim F post verba illa καὶ τιμωριῶν sic: τἄλλα τὰ περὶ τὸν βωμόν. πῦρ, φησί, καιέσθω ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καὶ ἔστω διαπαντὸς ἄσβεστον, εἰκότως οἶμαι καὶ προσηκόντως (Mang. II 254, 47). ἐπειδή τινας τῶν ἀποκόπων ἔθετο καὶ τοὺς ἐξεναντίας εἰσηγητὰς θεογονίας (II 264, 13) κτλ.

23. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς τρία γένη τῶν δέκα λόγων, τὸ γ', τὸ δ', τὸ ε'· τὸ περὶ εὐορκίας καὶ σεβασμοῦ τῆς ἱερᾶς ἑβδόμης καὶ γονέων τιμῆς. incipit: ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ. explicit: ποθεῖ τὰς ἐκ δούλων ὑπηρεσίας. (*de special. legibus* lib. II pars prior: Mang. II 270—291).

24. περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου.

25. περὶ τοῦ θεοπέμπτους τοὺς ὀνείρους εἶναι (*de somniis* lib. I).

26. νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ α'. liber ut in U (v. supra p. XX) in duas partes discerptus: verbis τοὺς κατὰ τὸ ἕβδομον quasi novus liber incipit νόμων ἀλληγορία (sic) ἱερῶν τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύτερον.

27. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας. explicit: περὶ τούτων κατανοήσωμεν. reliqua desunt (ut in U).

28. περὶ γενέσεως Ἄβελ καὶ ὧν αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κάϊν ἱερουργοῦσιν. explicit: τοῦτο δὲ τὸ ἡγεμονικὸν διακεχώρηκεν.

29. περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι.

30. περὶ μέθης τοῦ αὐτοῦ λόγος $\bar{\alpha}^{ος}$ (sic).

31. περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὔχεται καὶ καταρᾶται.

32. περὶ τοῦ ὅτι ἄτρεπτον ἐστὶ τὸ θεῖον.

33. περὶ γεωργίας. incipit: οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. explicit: οὐκ ἀμελῶς ἐπιδέδεικται. reliqua desunt (ut in U).

34. περὶ φυτουργίας τὸ δεύτερον Νῶε.

35. περὶ συγχύσεως διαλέκτων.

36. περὶ εὐγενείας. liber in fine mutilus: codex a prima manu scriptus desinit (fol. 412^{v}) verbis οὐκ ἐφ' ἡμισείας στοργῆς (Mang. II 444, 18). reliqua huius libri manu recentiore suppleta sunt.

vides codicem F in ea parte quam cum codice U communem habet eandem prae se ferre librorum distinctionem, eosdem titulos, easdem lacunas. nec scripturae forma in hoc deterior est quam in illo. nam ut neuter vitiis omnino caret et sua uterque habet propria, ita modo hic modo ille veram scripturam tradit, ut iure codices aequales dicere possis. itaque in ceteris libris qui a codice U absunt codex F testis optimus eius quae utrique subest memoriae censendus est. quantam afferat utilitatem in Philonis libris recensendis et restituendis, luculenter demonstravit Wendland (*Neu entd. Fragm. Philos* cap. I et VI). solus enim F opusculi *de victimis* particulam servavit in ceteris libris manuscriptis omnibus omissam atque in libro *de victimas offerentibus* verba quaedam recte tradidit in codicibus deterioribus alio loco scripta, qua re tandem quomodo opusculum quod inter scripta Philonea fertur περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι compilatum sit intellegi potuit. deinde gravissimi momenti sunt tituli et distinctio librorum 16—22. qui libri septem re vera unum librum efficiunt, videlicet *de specialibus legibus* librum primum. titulus enim περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο κεφάλαια τῶν δέκα λόγων, τό τε μὴ νομίζειν ἔξω τοῦ ἑνὸς θεοὺς ἑτέρους αὐτοκρατεῖς καὶ τὸ μὴ χειρότμητα θεοπλαστεῖν ad septem

omnia quae sequuntur opuscula pertinet, quibus duo prima praecepta Decalogi explicantur, tituli qui sequuntur singuli περὶ περιτομῆς, περὶ μοναρχίας νόμοι, περὶ ἱεροῦ, περὶ ἱερέων, γέρα ἱερέων, περὶ τῶν εἰς τὰς ἱερουργίας ζῴων καὶ τίνα τῶν θυσιῶν τὰ εἴδη, περὶ θυόντων partes singulas illius libri indicant. tituli vero περὶ ἱεροῦ et περὶ ἱερέων rectius se habent quam titulus quem exhibent codices deteriores περὶ μοναρχίας ἔτι, unde editores *de monarchia* librum alterum effecerunt. cf. Wendland l. l. p. 136. atque haec quidem hactenus de antiqua parte codicis F. hoc addendum est passim occurrere correctoris manum librario coaevi, quae pallidiore atramento usa in textu vel in margine nonnulla correxit; eadem finem libri *de opificio mundi* a prima manu omissum (inde a verbis ἀμέτοχος αὐτὸς ἢ κακίας p. 52, 11 huius editionis) fol. 104ʳ inf. — 106ʳ med. supplevit.

Recentiorem partem codicis F medio fere saeculo XVI exaratam nulla esse utilitate cum iam pridem suspicatus essem, nunc argumento validissimo demonstrare licet. nam ut Bandini auctor egregii catalogi codicum manuscriptorum bibliothecae Laurentianae in describendo hoc codice accurate rettulit, ad calcem codicis (fol. 557ᵛ) idem recentior Graecus, qui folia 413—559 exaravit, fragmentum adiecit quattuor circiter paginarum tamquam ad eundem Philonem pertinens, sequenti monito instar tituli praemisso: Ταῦτα ἐν ἑνὶ τῶν ἀντιγράφων εὕρομεν παρεμβεβλημένα τῷ περὶ τοῦ ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον, οὐ προσηκόντως οὐδὲ προσφυῶς· ἅπερ ἡμεῖς ὅμως ἅπασιν ὑπετάξαμεν, Φίλωνος εἶναι νομίσαντες. incipit fragmentum: * πληθὺν ἐπαινεῖ φάσκων, ἐπληρώσατε τὰς χεῖρας ἕκαστος σήμερον κυρίῳ ἐν τῷ υἱῷ ἢ τῷ ἀδελφῷ, δοθῆναι ἐφ' ἡμᾶς εὐλογίαν. explicit: φυλάττων μὲν τὰ παρὰ γεννητοῖς καθεστῶτα νόμιμα * (pertinet fragmentum ad librum *de ebrietate* Mang. I 366, 38 — 369, 34 et videtur falsa foliorum transpositione in libro *quod deus sit immutabilis* collocatum esse). iam vero idem fragmentum cum eodem praemonito reperitur in fine editionis principis ab Adriano Turnebo curatae (p. 734—736). mihi quidem verba illa Ταῦτα — νομίσαντες a Turnebo ipso potius fragmento praemonita esse semper visa sunt quam e codice aliquo transcripta. et re vera fragmentum illud quidem exstat in codice Parisino 433 (L), quo tamquam fundamento editionis suae Turnebus usus est, medio in libro περὶ τοῦ ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον in folio postmodum interposito descriptum, sed sine

illo monito. e codice L igitur sine dubio Turnebus fragmentum hausit. etenim codicem F a Turnebo adhibitum esse veri dissimillimum est. itaque in codice F fragmentum illud ex editione principe transcriptum esse dudum suspicatus sum eamque suspicionem codice ipso anno 1893 examinato egregie confirmatam vidi. nam statim cognovi manum recentiorem esse Iacobi Diassorini, quem cum Constantino Palaeocappa circiter annum 1550 Parisiis degisse constat (conferas commentationem meam supra p. VIII laudatam). Diassorinus igitur cum in possessionem codicis F venisset, lacunas codicis in initio et in fine truncati explevit et scripta nonnulla adiecit quae in codice deesse videbat:

1. περὶ γιγάντων.
2. περὶ ἀποικίας.
3. περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος.
4. περὶ φυγάδων.
5. περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι.
6. περὶ ἀρῶν.
7. περὶ ἀφθαρσίας κόσμου.
8. εἰς Φλάκκον.
9. περὶ ἀρετῶν καὶ πρεσβείας πρὸς Γάϊον.

haec omnia Diassorinus non e codice aliquo sed ex editione principe transcripsisse mihi videtur, unde etiam fragmentum illud deprompsit. qua de re alio loco accuratius exponam.

Tertius familiae UF adsignandus est codex Vaticanus graecus 379, De Vaticano 379 formae octavae, in charta bombycina saeculo XIV scriptus, fol. 386. ineunte saeculo XVI eum possidebat Nicolaus Sophianus, ut verba fol. 1 adscripta testantur κτῆμα νικολάου σοφιανοῦ καὶ τῶν ὄντως φίλων. codex variis manibus varie tractatus et pessumdatus est, ut genuina scriptura multis locis paene evanuerit. librorum tituli primo omissi (videlicet ut a rubricatore adderentur) postea vel ab eadem manu atramento diverso adhibito vel ab altera eaque coaeva suppleti sunt, sed partim falsi; tum vero manu recentiore tituli plerique e codice classis II correcti vel amplificati sunt; eadem recentior manus totum codicem pertractavit et permultis correcturis ex illo codice sumptis ita inquinavit, ut pristinam scripturam investigare interdum sit difficillimum. librum *de sacrificiis Abelis et Caini* et ceteros plerosque contulit Wendland. quoniam vero

in omnibus fere cum codice F hunc codicem conspirare intelleximus nec quicquam continere quin melius in F traditum sit, totum conferre operae pretium non esse duximus et ex apparatu critico exclusimus. indicem tantum librorum quos continet hoc loco subscripsi numeris codicis F adiectis; pro falsis titulis correctos posui:

1[5]. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη τῶν δέκα λογίων, τὸ ἕκτον καὶ τὸ ἕβδομον, τὸ κατὰ τῶν μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου καὶ τὸ κατὰ ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας.

2[11]. περὶ εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας (*de humanitate* et *de paenitentia*, ut in F).

3[15]. περὶ τῶν δέκα λογίων ἃ κεφάλαια νόμων εἰσίν.

4[16]. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο κεφάλαια τῶν δέκα λόγων, τό τε μὴ νομίζειν ἔξω τοῦ ἑνὸς θεοῦ θεοὺς ἑτέρους αὐτοκρατεῖς καὶ τὸ μὴ χειρόκμητα θεοπλαστεῖν. — (περὶ περιτομῆς add. man. rec.)

5[17]. περὶ μοναρχίας νόμοι. (π. μ. νόμων λόγος α^{ος} corr. man. rec.).

6[18]. περὶ ἱεροῦ. (περὶ μοναρχίας λόγος δεύτερος add. man. rec.).

7[19]. περὶ ἱερέων.

8[20]. περὶ γέρα ἱερέων.

9[23]. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς τρία γένη τῶν δέκα λόγων, τὸ τρίτον, τὸ τέταρτον, τὸ πέμπτον, τὸ περὶ εὐορκίας καὶ σεβασμοῦ τῆς ἱερᾶς ἑβδόμης καὶ γονέων τιμῆς (*de specialibus legibus* lib. II pars prior, ut in F).

10[24]. περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου.

11[25]. περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους.

12[26]. περὶ νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύτερον (sic): est *legum allegoriarum* liber I.

13[27]. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας (= UF).

14[28]. περὶ γενέσεως Ἄβελ καὶ ὧν αὐτὸς καὶ ὁ Κάϊν ἱερουργοῦσιν (= UF).

15[29]. περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι.

16[30]. περὶ μέθης.

17[31]. περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὔχεται καὶ καταρᾶται.

18[32]. περὶ τοῦ ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον.

19[33]. περὶ γεωργίας (liber mutilus ut in UF).

20[34]. περὶ φυτουργίας τὸ δεύτερον Νῶε.

21[35]. περὶ συγχύσεως διαλέκτων.
22[36]. περὶ εὐγενείας. sequuntur excerpta ex Euclide, tum (fol. 385ʳ)
23. ἐκ τῶν ἐν Ἐξόδῳ ἤτοι Ἐξαγωγῇ ζητημάτων καὶ λύσεων (ed. A. Mai *Classic. auct.* IV 430—441, Grossmann *Anecdoton graecum Philonis Iudaei de Cherubinis,* Lips. 1856, C. Tischendorf *Philonea* p. 144 — 152, Harris *Fragments of Philo* p. 63—68).

ex ordine librorum et forma titulorum apparet codicem artissime coniunctum esse cum codice F. sed simul cum vulgata textus Philonei memoria quodam modo cohaeret, si quidem Parisinus L, qui fons primarius fuit editionis principis, ex eo correctus et suppletus est. codicem L multis locis correctum esse et in fine duos libros in codice H et ceteris eius familiae codicibus desideratos et e diverso fonte descriptos habere supra diximus. scriptus autem est a Nicolao Sophiano, qui possessor fuit Vaticani 379. ex hoc igitur codice Sophianus codicem L correxit atque in fine *legum allegoriarum* librum I et *de specialibus legibus* libri II initium addidit. hinc ergo explicandum est quod L^2 (i. e. L correctus) ubique cum forma textus in UF tradita conspirat et *legum allegoriarum* libro I inscripsit νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύτερον: nam hoc titulo falso liber instructus est in Vaticano 379.

Hic locus idoneus est quo commemorentur tres codices cum classe UF ex parte conexi. quorum primus est Laurentianus conv. soppr. 59 (olim Abbatiae Florentinae num. 2709 signatus), chartaceus, formae octavae, saeculo XIV variis manibus exaratus, fol. 211. cf. Rostagno e Festa *Indice dei codici greci Laurenziani non compresi nel catalogo del Bandini* in *Studi italiani di filologia classica* vol. I p. 145. insunt fol. 1—26 excerpta e Dioscoride (περὶ βοτανῶν συναγωγὴ ὠφέλιμος), fol. 27—211 decem libri Philonei. in codice Philoneo vero duae discernendae sunt partes, quarum una folia 27—185 altera folia 186—211 comprehendit, quod ex indice titulorum statim perspicitur:

De codice Laurentiano conv. sopp. 59

I 1. λόγος δεύτερος i. e. *de vita Mosis* liber II. explicit fol. 34ʳ med., deinde post lineam vacuam relictam sine titulo incipit
2. *de vita Mosis* liber III.
3. Φίλωνος περὶ τοῦ βίου Μωϋσέως λόγος α'.
4. βίος τοῦ πολιτικοῦ ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ.

ων
5. βίος σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος ἢ νόμος ἀγράφων: ὅ ἐστι περὶ Ἀβραάμ.
6. περὶ ἀρετῶν ἤτοι περὶ ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας καὶ μετανοίας: περὶ ἀνδρείας (*de fortitudine*). abrumpitur verbis πίστις δὲ τῆς ἐκ θεοῦ συμμαχίας· τό, τε ὑπ' ὀλίγων πολλὰς (Mang. II 383, 16). inter fol. 185 et 186 folia aliquot interciderunt.

II 1. *legum allegoriarum* liber I initio mutilus. incipit (fol. 186r): λογικὸν δέ φασιν ἄνθρωπον κατὰ τὴν πρώτην ἑπταετίαν γίγνεσθαι (p. 63, 15 huius ed.).
2. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας.
3. περὶ γενέσεως Ἄβελ καὶ ὧν αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κάϊν ἱερουργοῦσιν. hunc librum non integrum codex exhibet, inter verba ἢ αἰσθάνεσθαι ἢ κινεῖσθαι et verba ἐπειδὰν γάρ τι συμβῇ (p. 203, 1—231, 2) magna hiat lacuna nullo verbo vel signo in codice indicata. hoc libro absoluto sine titulo, una linea tantum vacua interposita, sequitur initium libri
4. *Quod deterius potiori insidiari soleat.* explicit (fol. 211v med. in medio versu): οὔτε μουσικὴν ἀμούσως οὔτε γραμματικὴν (p. 262, 15).

de parte priore disserendum erit, cum in edendo Philone ad vitas patriarcharum pervenerimus. in altera parte codex plane congruit cum familia UF. namque eundem prae se fert titulum libri *de sacrificiis Abelis et Caini* quem huic familiae proprium esse vidimus. deinde eandem exhibet distinctionem *legum allegoriarum* libri primi, in quo ante verba τοὺς κατὰ τὸ ἕβδομον (p. 65, 4) ut in UF legitur titulus νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύτερον. liber *de Cherubim* iisdem verbis terminatur καὶ ὡς μεγαλοπρεπῶς ... περὶ τούτων κατανοήσωμεν et liber *de sacrificiis Abelis et Caini* verbis τοῦτο δὲ τὸ ἡγεμονικὸν διακεχώρηκεν. contuli dimidiam fere partem libri I *legum allegoriarum* et libri *quod deterius potiori insidiari soleat* omnia quae in codice servata sunt. forma scripturae proxime accedit ad codicem U, quocum vel in apertis erroribus consentit, ut ex eodem archetypo quin uterque descriptus sit nullus dubitem. itaque eius lectionum varietatem integram enotare necessarium non duxi.

Huic ex parte simillimus est codex Laurentianus plut. LXIX cod. 11, formae quadratae, chartaceus saec. XV, fol. 262. in hoc codice, qui libros quindecim Philonis continet, tres partes facile discernuntur: De codice Laurentiano LXIX 11

I 1. περὶ τοῦ βίου Μωυσέως λόγος α'.
2. λόγος δεύτερος (scil. περὶ τοῦ βίου Μωυσέως).
3. περὶ ἱερωσύνης (i. e. *de vita Mosis* lib. III).
4. βίος πολιτικοῦ ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ.
5. βίος σοφῶθ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν εχθέντων (sic) ἢ νόμων ἀγράφων ὅ ἐστι περὶ τοῦ Ἀβραάμ.
6. περὶ ἀρετῶν ἤτοι περὶ ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας καὶ περὶ μετανοίας: περὶ ἀνδρείας.

II 1. νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον (*legum alleg.* lib. I in duas partes diremptus ut in UF, si quidem ante verba τοὺς κατὰ τὸ ἕβδομον titulus legitur νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύτερον).
2. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας. explicit: καὶ ὡς μεγαλοπρεπῶς . . . κατανοήσωμεν.
3. περὶ γενέσεως Ἄβελ καὶ ὧν αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κάϊν ἱερουργοῦσιν. explicit: τοῦτο δὲ τὸ ἡγεμονικὸν διακεχώρηκεν.

III 1. περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιίας. λόγος ε' (sic).
2. περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι.
3. περὶ γιγάντων λόγος.
4. περὶ τοῦ ἄτρεπτον τὸ θεῖον λόγος.
5. εἰς δεκάλογον Μωυσέως. λόγος α' (sic).
6. νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα (*legum allegor.* lib. III). post verba μόνος ὁ φαῦλος (p. 113, 6) incipit lacuna a librario spatio vacuo relicto significata, quae pertinet usque ad verba εἰ πορεύσονται τῷ νόμῳ (p. 148, 17).

primam et secundam partem, etsi ordo librorum initio paululum immutatus est, cum Laurentiano conv. soppr. 59 omnino congruere perspicuum est. e locis nonnullis a Wendlandio collatis in parte secunda textus formam eandem atque in codice Vaticano U exstare intelleximus. itaque hunc codicem et alterum illum Laurentianum ex uno eodemque exemplo

fluxisse certissimum videtur [1]). accedit quod eadem lacuna, quam codicem Laur. conv. 59 in libro *de sacrificiis Abelis et Caini* habere supra diximus, in Laur. LXIX 11 comparet. — tertia pars huius codicis cum Veneto B artiore vinculo coniuncta et ex eodem archetypo descripta esse videtur, id quod memorabili consensu eorum, qualis in libro *de opificio mundi* cernitur (cf. quae dixi in editione eius libri p. XIV sq.) [2]), certo comprobatur. quod si verum est, statim hic uno verbo duo codices absolvendi sunt, Vaticano-Palatinus 152 (chartaceus saec. XIV) et Laurentianus conv. soppr. 107 (chartaceus saec. XV): quorum posterior sex eadem scripta Philonis eodem ordine digesta eisdemque titulis instructa continet quae tertia pars Laurentiani LXIX 11, prior et ipse eadem addito tantum post librum περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιίας libro primo *de vita Mosis.*

De codice Matritensi O 17

Tertius huc pertinet codex Matritensis O 17, chartaceus, formae maximae, fol. 661, duabus manibus saeculo XVI exaratus. continentur eo primum (fol. 1—408) Ioannis Chrysostomi commentarii in Psalmos, deinde Philonis libri quindecim iidem omnes quos Laurentianus LXIX 11 tradit. in eo tantum Matritensis a Laurentiano differt, quod libros *de vita Mosis* non in initio sed in fine exhibet. ceterum et in ordine librorum et in forma titulorum ita consentiunt, ut dubitare non possim quin Matritensis e Laurentiano descriptus sit. quae sententia inprimis eo comprobatur, quod Matritensis libri *de Abrahamo* hunc titulum mirificum prae se fert βίος σοφῶν τοῦ κατὰ διδασκαλίαν ἐκθέντων ἢ νόμων ἀγράφων ὅ ἐστι περὶ τοῦ Ἀβραάμ, quem explicare nullo modo possis, nisi formam tituli cognoveris in Laurentiano traditam, cuius librarius κατὰ διδασκαλίαν ἐκθέντων scripsit pro τελειωθέντος, quod vocabulum in archetypo ex parte evanidum videtur fuisse. accedit argumentum alterum. in codice Laurentiano magnam exstare et indicatam esse lacunam vidimus post initium libri III *legum allegoriarum:* eadem lacuna comparet in Matritensi, cuius librarius totum foliorum quaternionem ad lacunam aliquando explendam vacuum reliquit. quod de hoc codice certo iudicare

---

[1]) Wendland (*Neu entdeckte Fragm. Philo's* p. 126²) Laurentianum conv. 59 e Laurentiano LXIX 11 descriptum esse dixit. quae opinio ideo sustineri nequit, quia posterior codex uno minimum saeculo post alterum scriptus est.

[2]) notandum est quod hic liber λόγος ε' nuncupatur, quocum conferas indicem librorum Veneti B.

possum, benevolentiae debeo Ottonis Cuntz, qui notitiam codicis mihi suppeditavit accuratiorem ea quam E. Milleri catalogus codicum Matritensium praebuit.

Tres igitur codicum familias (A, H, UF) discernendas esse vidimus et omnes quotquot adhuc commemorati sunt codices ad unam earum vel integros vel ex parte pertinere demonstravimus. restant tres codices certo generi nulli adsignandi, de quibus nunc singillatim exponendum est. celeberrimus inde a Mangeii aetate fuit codex Mediceus sive Laurentianus plut. X cod. 20 (M), membranaceus, formae duodecimae, fol. 399, saeculo XIII ineunte litteris minutissimis exaratus. olim fuit Francisci Filelfi; in pagina enim altera folii alterius haec verba leguntur: ἡ βίβλος αὕτη τοῦ φραγκίσκου φιλέλφου ἐστίν. primus eum contulit in usum Mangeii A. Cocchius medicus Florentinus, qui in codice ipso haec adnotavit: *A. Cocchius Mugellanus contuli a°. MDCCXXXIII cum imp(ress)o Turnebi.* denuo librum *de opificio mundi* anno 1887 ipse contuli, ceteros libros Wendland et S. Reiter contulerunt, locos nonnullos vere anni 1893 iterum inspexi. simulacrum scripturae codicis C. Tischendorf libro qui inscribitur *Philonea* adiecit. scribendi codicis laborem librarii tres inter se diviserunt: primus exaravit folia 1—135ᵛ (libros 1—11), alter folia 136ʳ—337ʳ inf. (libros 12—24 et initium libri 25), tertius reliqua. codex duodetriginta libros Philonis complectitur hos: De codice M

1. Φίλωνος νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον (*leg. alleg.* lib. I).
2. Φίλωνος εἰς τὸ ποιήσωμεν βοηθὸν κατ' αὐτόν (i. e. *leg. alleg.* lib. II).
3. περὶ ὧν ἱερουργοῦσιν Ἄβελ τε καὶ Κάϊν.
4. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας καὶ τοῦ κτισθέντος πρώτου ἐξ ἀνθρώπου Κάϊν.
5. περὶ γεωργίας.
6. ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον.
7. περὶ γιγάντων.
8. βίος σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος ἢ νόμων ἀγράφων.
9. περὶ ἀποικίας.
10. περὶ τῆς πρὸς τὰ προπαιδεύματα συνόδου.
11. περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους (*de somniis* lib. I).

12. περὶ κοσμοποιίας Μωσέως.
13. περὶ νόμων ἰδέας (i. e. *de decalogo*).
14. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς β' κεφάλαια τῶν ι' λογίων, τό τε μὴ νομίζειν ἔξω ἑνὸς θεοὺς ἑτέρους αὐτοκρατεῖς καὶ τὸ μὴ χειρότμητα θεοπλαστεῖν (continet *de circumcisione* et *de monarchia* librum I).
15. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς γ' γένη τῶν ι' λόγων, τὸ περὶ εὐορκίας καὶ σεβασμοῦ τῆς ἱερᾶς ἑβδομάδος καὶ γονέων τιμῆς.
16. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη τῶν ι' λογίων, τό τε ϛ' καὶ τὸ ζ', τὸ κατὰ μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου καὶ τὸ κατὰ ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας.
17. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς γ' γένη τῶν ι' λογίων, τὸ η' καὶ τὸ θ' καὶ τὸ περὶ τοῦ μὴ κλέπτειν καὶ ψευδομαρτυρεῖν καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν καὶ τῶν εἰς ἕκαστον ἀναφερομένων καὶ περὶ δικαιοσύνης ἣ πᾶσι τοῖς ι' λογίοις ἐφαρμόζει, ὅ ἐστι τῆς συντάξεως.
18. περὶ τοῦ βίου Μωσέως α'.
19. περὶ τοῦ βίου Μωσέως β'.
20. περὶ τοῦ βίου Μωσέως γ'.
21. περὶ ἀρετῶν ἤτοι περὶ ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας καὶ μετανοίας: περὶ ἀνδρείας (*de fortitudine*).
22. βίος τοῦ πολιτικοῦ ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ.
23. περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον εἶναι.
24. περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν τὸ δ'.
25. εἰς Φλάκκον.
26. περὶ ἀρετῶν ὅ ἐστι τῆς αὐτοῦ πρεσβείας πρὸς Γάϊον.
27. περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως (i. e. *de aeternitate mundi*).
28. περὶ φυτουργίας Νῶε τὸ β'.

notandi sunt ii tituli quorum forma plane discrepat a ceteris codicibus. *legum allegoriarum* liber II inscriptus est εἰς τὸ „ποιήσωμεν βοηθὸν κατ' αὐτόν" secundum verba biblica, a quibus explicandis liber incipit. liber *de decalogo* titulo περὶ νόμων ἰδέας insignitus est (cf. tit. in H et F περὶ τῶν δέκα λογίων ἃ κεφάλαια νόμων εἰσίν). liber *de aeternitate mundi* inscriptus est περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, cum ceteri codices omnes titulum prae se ferant περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. ordo quoque librorum a reliquis codi-

cibus differt omnibus. cum classe UF in eo M consentit, quod libri I *de specialibus legibus* titulum recte tradidit (14.); eius autem partem exiguam tantum servavit.

De hoc codice eiusque duplici natura et indole in Prolegomenis editioni libri *de opificio mundi* praemissis (p. VIII sqq.) iam verba feci. quibus hoc loco pauca addere opus est, quoniam iudicium meum ex uno libro Philonis tunc haustum et ipse interim aliis libris omnino confirmatum vidi et F. Cumont in edendo libello *de aeternitate mundi* et F. C. Conybeare nuper in editione opusculi *de vita contemplativa* comprobaverunt. archetypum igitur e quo fluxit M vetustissimus optimaeque notae liber fuit litteris quae dici solent uncialibus exaratus, in quo singula verba nec dirempta neque accentibus aliisque notis prosodiacis distincta erant. quo factum est ut qui primus hunc vetustum librum litteris minusculis expressit, cum non satis graece doctus esset, in dissolvendis vocabulis multa vitia committeret. sed idem, sicubi verba tradita non intellexit, suo ingenio sententias mutavit et interpolavit nec raro verba scriptoris depravavit. ipse codicis M librarius exemplum quo usus est fidelissime videtur expressisse. hoc ipsum vero lectu difficillimum eiusque scriptura multis locis evanida videtur fuisse: namque interdum M vocabula vel litteras cum indicio lacunae omittit, certe quia librarius in exemplo suo quid scriptum fuerit dinoscere non potuit. sed quamvis multis mendis corruptus sit, summa tamen in recensendis Philonis libris eius utilitas omni dubitatione exempta est. etenim tam multas et bonas lectiones ubique suppeditat ac solus tam saepe verba genuina scriptoris tradit vel restituendae verae scripturae prodest, ut in optimis textus Philonei testibus iure numerandus sit. et quod in aestimando hoc codice maxime respiciendum est, *de specialibus legibus* librum II, cuius exigua tantum fragmenta in aliis codicibus exstant, M solus omnium integrum servavit. itaque singularem locum in numero codicum Philonis huic codici tribuendum esse consentaneum videtur. sed necessitudine quadam cum eo familia A coniuncta est, si quidem in eis libris quos M et A simul tradunt mire hi plerumque inter se consentiunt; ita tamen differunt, ut in familia A saepe textus depravationem etiam latius grassatam videamus. consensus ita explicandus videtur, ut vetustum illud archetypum e quo codicem M derivandum esse dixi classis A quoque funda-

mentum fuisse, sed per diversos rivulos memoriam eius ad M et ad classem A pervenisse censeamus.

De codice G

Secundo loco post Mediceum nominandus est codex Vaticano-Palatinus graecus 248 (G), formae maximae, fol. 326, in charta bombycina saeculo XIV scriptus. cf. Stevenson, Codd. Palat. biblioth. Vat. graeci p. 135. codicem contulit Wendland. insunt undetriginta libri Philonis numeris α'—κθ' notati:

1. περὶ βίου Μωυσέως λόγος α'.
2. περὶ τοῦ βίου Μωυσέως λόγος β'.
3. περὶ τοῦ βίου Μωυσέως λόγος γ'.
4. περὶ τῆς τοῦ Μωσέως κοσμοποιίας.
5. περὶ τῶν δέκα λογίων οἳ (sic) κεφάλαια νόμων εἰσί. subscriptio: περὶ τῶν δέκα νόμων οἳ κεφάλαια νόμων εἰσί.
6. τὰ πρὸς δικαστήν (*de iudice*). hoc opusculum sequitur omisso titulo, uno versu tantum vacuo relicto, liber *de humanitate* cum initio opusculi *de paenitentia* usque ad verba συμφέρον αὐτομολεῖν.
7. περὶ καταστάσεως ἄρχοντος.
8. περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον.
9. περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν τὸ δ'.
10. περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι.
11. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει λογίων (sic) εἰς β' γένη τῶν ι' λογίων, τό τε ϛ' καὶ τὸ ζ', τὸ κατὰ μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου καὶ τὸ κατὰ ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας.
12. βιὸς πολιτικοῦ ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ.
13. περὶ ὧν ἱερουργοῦσιν Ἄβελ τε καὶ Καΐν.
14. περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας καὶ τοῦ κτισθέντος πρώτου ἐξ ἀνθρώπου Καΐν.
15. περὶ γεωργίας.
16. περὶ φυτουργίας Νῶε.
17. ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον.
18. περὶ μέθης.
19. περὶ ὧν ἀνανήψας ὁ νοῦς εὔχεται καὶ καταρᾶται.
20. περὶ συγχύσεως διαλέκτων.
21. βίος σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος νόμοις (sic) ἀγράφων ὅς ἐστι περὶ Ἀβραάμ.

22. Φλάκκος ψεγόμενος.
23. περὶ ἀρετῶν α΄ ὅς ἐστι τῆς αὐτοῦ πρεσβείας πρὸς Γάϊον.
24. περὶ ἀνδρείας. post verba τῶν δὲ λεχθέντων σαφεστάτην πίστιν αἱ ἱεραὶ βίβλοι περιέχουσιν (Mang. II 381, 8) inscriptio falsa legitur περὶ εὐσεβείας.
25. περὶ φιλανθρωπίας et cum eo coniunctum opusc. περὶ εὐγενείας.
26. περὶ φυγῆς καὶ εὑρέσεως.
27. περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος καὶ περὶ τῆς ἴσα καὶ ἐναντία τομῆς.
28. περὶ τῆς πρὸς τὰ προπαιδεύματα συνόδου.
29. περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους (*de somniis* lib. I).

in ordine librorum G cum nullo alio codice vel codicum genere plane conspirat. tituli aliquot eandem formam ostendunt quam in codice A exstare vidimus (cf. 6. 24. 27), alii propius ad H accedunt (7. 23) vel ad F (5. 9. 19. 21). duae titulorum formae in hoc uno quod sciam codice comparent, Φλάκκος ψεγόμενος (22.) et περὶ φυγῆς καὶ εὑρέσεως (26.): prior legitur etiam apud Photium (Bibl. Cod. 105), alteram περὶ φυγῆς καὶ εὑρέσεως inscriptionem genuinam esse, non eam quam ceteri codices praebent περὶ φυγάδων, testantur Eusebius Hist. eccl. II 18, 2 et excerpta in Sacris Parallelis servata. quod ad scripturae formam attinet, singuli libri multum inter se variant, ut modo ad hoc modo ad illud genus codicum textus proxime accedat. sed generatim observandum est codicem saepius meliorem sequi memoriam quam deteriorem. in libro *de opificio mundi* per omnia fere cum codice F consentit atque in aliis libris eundem consensum exstare veri simillimum est. at in libris *de Cherubim* et *de sacrificiis Abelis et Caini* a textu codicum UF plane discedit et in illo quidem cum familia H plerumque convenit, in hoc eandem fere atque M et A textus formam exhibet. nec raro vel una cum optimis et antiquissimis testibus vel etiam solus veram scripturam servavit. cf. etiam quae scripsit Conybeare *Philo about the contemplative life* p. 14. itaque recte fecisse mihi videor, quod huic quoque codici singularem in numero codicum Philoneorum locum adsignavi.

Omnium qui in hoc volumine adhibendi erant codicum Philonis optimus et vetustissimus est codex bibliothecae Caesareae Vindobonensis De codice V

theologicus graecus 29 (V) a me primum in edendo libro *de opificio mundi* anno 1889 e tenebris in lucem vocatus. est membranaceus, formae maximae, fol. 249, saeculo XI manu elegantissima exaratus, ab Augerio Busbeckio Constantinopoli comparatus et in bibliothecam Caesaream translatus. specimen scripturae dedimus in tabula phototypica ad calcem huius voluminis adnexa. codicem olim in usum meum contulerant S. Mekler et Guil. Weinberger, anno 1890 ipse denuo diligentissime excussi. insunt haec scripta:

1. fol. 1ʳ—61ʳ Eusebii Pamphili libri IV Eclogarum propheticarum de Christo.
2. fol. 61ᵛ—141ᵛ Ioannis Philoponi libri VII in Hexaemeron.
3. fol. 142ʳ—146ʳ eiusdem Disputatio de tempore celebrandi Paschatis.
4. fol. 147ʳ—154ᵛ Philonis *de opificio mundi*.
5. fol. 155ʳ—249 Cyrilli episcopi Hierosolymitani Catecheses.

continet igitur codex V unum Philonis librum eiusque partem tantum dimidiam fere, desinit enim fol. 154ᵛ med. in verbis οὐ πάντως ἀρχὴ μονὰς κατὰ τοὺς διπλασίους (p. 31, 19 huius ed.), reliqua pars paginae vacua relicta est. hinc exemplum quo usus est librarius iam mutilum fuisse nec plura Philonis continuisse perspicuum est. sed archetypum ex quo exemplum illud originem duxit plura continuerat et pervetustum praestantissimumque fuisse censendum est. etenim libro *de opificio mundi* in codice V praemissa est haec tabula (fol. 146ᵛ):

ΤΆΔΕ ἘΝΕϹΤΙΝ ΦΊΛΩΝΟϹ

Περὶ τῆς κατὰ μωυσέα κοσμοποιίας:

Τῶν ἐν γενέσει ζητημάτων καὶ λύσεων Α′ Β′ Γ′ Δ′ Ε′ Ζ′:

τῶν ἐν ἐξόδω ζητημάτων καὶ λύσεων Ἀ′ (sic) Β′ καὶ Ε′:

Περὶ τῶν τοῦ δοκήσισοφοῦ κάϊν ἐγγόνων καὶ ὡς μετανάστης γίγνεται ΙΒ′:

Περὶ τῶν δεκαλογίων:

Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς β′ γένη τῶν δεκαλογίων· τὸ ς′ καὶ ζ′· τό τε κατὰ μοιχῶν· καὶ παντὸς ἀκολάστου· καὶ τὸ κατὰ ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας. καὶ τὸ η′ καὶ θ′ καὶ ι′· τὸ περὶ τοῦ μὴ κλέπτειν καὶ ψευδομαρτυρεῖν· καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν. καὶ περὶ τῶν εἰς ἕκαστον ἀναφερομένων· καὶ περὶ δικαιοσύνης ἣ πᾶσι τοῖς δεκαλόγοις ἐφαρμόζει· ὅ ἐστιν τῆς ὅλης συντάξεως:

his subiunguntur verba cruce inclusa εὐζόιος ἐπίσκοπος ἐν σωματίοις ἀνενεώσατο, quorum iam supra mentionem feci (p. III). in archetypo igitur praeter librum *de opificio mundi* exstabant liber *de decalogo* et libri III et IV *de specialibus legibus*, tum *de posteritate Caini* liber quem solus codex Vaticanus U servavit, denique *Quaestionum in Genesin* libri sex et *in Exodum* libri II et V qui graece omnino perierunt. hinc de antiquitate illius archetypi coniecturam facere possumus. etenim post Eusebii et Ambrosii tempora Philonis *Quaestiones in Genesin et in Exodum* nisi in catenis et in florilegiis christianis non iam commemorantur neque ultra saeculum sextum eas descriptas et propagatas esse veri simile est. nam postquam ineunte saeculo sexto in catena ad Octateuchum a Procopio sophista Gazaeo congesta nec multo post in Sacris Parallelis quae Ioannis Damasceni nomine feruntur *Quaestionum* Philonis thesauri excerpti et exhausti sunt, libros ipsos denuo describere non iam intererat. archetypum igitur codicis V post saeculum sextum exaratum esse vix putaverim, ultra illud potius ascendisse mihi videtur ad saeculum quartum. nam si subscriptionem illam Εὐζόιος ἐπίσκοπος ἐν σωματίοις ἀνενεώσατο recte interpretor, liber ille vetustissimus cuius πίναξ in codice V casu felici servatus est in bibliotheca Caesariensi exstabat et unum erat ex iis voluminibus in quae corpus operum Philonis divisum esse oportebat, quod in membranis instaurari Euzoius episcopus iussit. quae sententia luculenter eo confirmatur, quod Eusebius in excerptis suis quae descripsit e Philonis libro *de opificio mundi* per omnia fere cum codice V ita consentit, ut unum eundemque textus fontem ab utroque repraesentari iure dicere possimus. de indole et scripturae forma codicis V plura dixi in praefatione editionis libri *de opificio mundi* (p. III sqq.), ad quam relegare velim, ne semel dicta denuo repetam. hoc unum monendum videtur, quae de exemplo quo usus est librarius codicis V et de eius erroribus vitiisque ibi dicta sunt rectius ad archetypum fuisse referenda.

Omnibus codicibus enumeratis et descriptis nunc de auctoritate et dignitate singulorum codicum et generum et de ratione qua in recensendo Philone singuli adhibendi sint nonnulla dicamus. codices omnes ex uno archetypo derivatos esse pro certo affirmari potest. arguunt hoc quidem multi loci in omnibus libris manuscriptis aperte corrupti vel De codicum auctoritate

interpolati. exempla aliquot afferam. *de opificio mundi* § 25 (p. 8, 2) haec tradita sunt: δῆλον ὅτι καὶ ἡ ἀρχέτυπος σφραγίς, ὅν φαμεν νοητὸν εἶναι κόσμον, αὐτὸς ἂν εἴη τὸ παράδειγμα, ἀρχέτυπος ἰδέα τῶν ἰδεῶν, ὁ θεοῦ λόγος. sententiae concinnitatem verbis τὸ παράδειγμα ἀρχέτυπος ἰδέα τῶν ἰδεῶν turbari nemo non videt. perspicua sententia evadit, cum verbis illis seclusis legimus αὐτὸς ἂν εἴη ὁ θεοῦ λόγος. verba τὸ παράδειγμα, ἀρχέτυπος ἰδέα τῶν ἰδεῶν in margine a lectore aliquo adscripta erant ad verba scriptoris ἡ ἀρχέτυπος σφραγίς, postea falso loco in textum inculcata sunt. § 81 (p. 28, 16) haec leguntur: δῆλον γὰρ ὡς εὐμαρέστερον τοῦ τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι παρελθεῖν τὸ τὴν ἐκ τῶν ὄντων φορὰν ἄνευ τέχνης γεωργικῆς ἐπιδαψιλεύσασθαι, ubi pro παρελθεῖν sine dubio παραγαγεῖν scribendum est. *de Cherubim* § 7 (p. 171, 21) codices omnes haec exhibent: πατὴρ δὲ τούτου ὁ νοῦς ἐπειλημμένος τοῦ σπουδαίου, in quibus nemo adhuc offendit. sed e Clementis Alexandrini loco quodam efficitur verba corrupta esse et Philonem scripsisse πατὴρ δὲ τούτου ὁ νοῦς, ἐξειλεγμένος δὲ ὁ τοῦ σπουδαίου: cf. Addenda. memorabilis corruptela invasit *de Cherubim* § 41 (p. 180, 7) ἐπειδὴ γάρ φαμεν εἶναι γυναῖκα τροπικῶς αἴσθησιν, . . . τοὺς σοφίας ἐραστὰς ἔστησεν ἀποδοκιμάζοντας μᾶλλον ἢ αἱρουμένους ἐπιδείξεται, ubi ἔστησεν quod codices praebent omnes sensu plane caret, αἴσθησιν emendatione palmari restituit Turnebus. similes corruptelae omnibus communes libris manuscriptis occurrunt *de Cherubim* § 23 p. 175, 18 ἐξ ἀρχῆς σχίσας pro ἐξαχῆ σ., § 30 p. 177, 14 τὸν μετὰ τῶν πραγμάτων . . . λόγον, ubi μέσον correxi (cf. p. 176, 10), § 37 p. 179, 6 ἐννοίας pro συννοίας, § 68 p. 187, 2 μηκίστους ἀρρωστίας pro ἀνηκέστους. exemplum luculentissimum F. C. Conybeare nuper protulit, cum in libro *de vita contemplativa* p. 483, 18 Mang. lacunam omnibus codicibus graecis communem exstare demonstraret nunc tandem ex Armenia versione expletam. denique communis originis argumentum gravissimum in eo positum est, quod librum περὶ ἀφθαρσίας κόσμου tam confuso ordine perscriptum codices omnes tradiderunt, ut singula intellegi non possent, donec Iacobus Bernays ingeniosissima divinatione veram formam et ordinem genuinum restitueret: cognovit enim inde ortam esse confusionem, quod in archetypo communi folia aliquot avulsa falso loco deinde reposita essent. hoc archetypum vero sive potius archetypa (nam corpus Philoneum plura volumina com-

plexum esse certissimum videtur) a papyris in bibliotheca Caesariensi adservatis originem duxisse supra demonstravi.

Ad archetypum illud antiquissimum omnium codicum proxime accedit Vindobonensis V, qui bonitate et integritate ceteris quotquot in hoc volumine usurpati sunt longe excellit ac tam multas et egregias scripturas suppeditat, ut priorem partem libri *de opificio mundi* multo emendatiorem nunc legamus. secundum locum facile obtinet codex Mediceus M ex egregio et vetusto exemplari deductus, qui cum in priore parte libri *de opificio mundi* cum codice V saepissime consentiat, alibi quoque optimus et gravissimus textus Philonei fons esse censendus est. ac re vera saepe solus omnium codicum genuina verba scriptoris servavit. exempla e posteriore parte libri *de opificio mundi* aliquot enumeravi in Prolegomenis editionis eius libri p. IX sq., ex aliis libris nonnulla hoc loco addam: *leg. alleg.* I § 5 p. 62, 16 διατυπώσεως (cf. p. 65, 18 ἑτέρων γενέσεως). § 10 p. 63, 19 τὴν τετταρεσκαιδεκαετῆ ἡλικίαν. § 18 p. 65, 13 αἰτία δ' ἡ. § 50 p. 73, 15 καὶ σύγκλυδα add. § 71 p. 79, 21 ἀνωτάτω μέρος. § 101 p. 88, 1 ἀποθανῇ. *leg. alleg.* II § 17 p. 94, 9 τὸ γεγονός. § 18 p. 94, 20 ἀπὸ τῶν ἀρετῶν. § 84 p. 107, 12 εἴληχε. *de Cherubim* § 9 p. 172, 11 τὸ μέγα διανοίας ὄφελος. § 51 p. 182, 25 εἰλήχασι. § 86 p. 191, 11 ἄλυπος. § 122 p. 199, 12 ἐπὶ καιρόν. *de sacrificiis Abelis et Caini* § 66 p. 229, 7 τῶν ἐν ἡμῖν τῷ ὀξυκινητοτάτῳ διανοίᾳ. § 74 p. 232, 17 εὐχαριστητικός. § 130 p. 254, 19 εἰ καὶ μή. § 137 p. 256, 22 χρόνων. codicem M quasi aemulatur familia UF, quae in eis quos communes habent libris praestantia scripturae modo illum superat modo ab eo superatur. nam cum in libro *de opificio mundi* et in *legum allegoriarum* libro primo et in libro *de Cherubim* M plerumque textus formam prodat meliorem quam UF, sed tamen ut ope codicum UF haud paucis locis corruptam codicis M et ceterorum codicum scripturam corrigere liceat, in libro *de sacrificiis Abelis et Caini* textus in classe UF traditus multo propius ad archetypum accedit quam is quem codex M et qui cum eo coniuncti sunt ceteri codices tradunt. itaque in aestimando codicum pretio utrum codici M an classi UF palma tribuenda sit iure dubitare possis. ac familiam UF et ipsam e vetusto exemplo derivatam esse infra perspicietur. sed sicuti textus in M servatus vel incuria vel corrigendi libidine librariorum multas et graves depravationes passus est, ita

in UF correctorum manus deprehendimus quibus verba scriptoris multifariam corrupta et interpolata sunt. ac maxime quidem in libris *de Cherubim* et *de sacrificiis Abelis et Caini* docti hominis cuiusdam inventa occurrunt. velut *de Cherubim* § 68 p. 186, 24 ubi Philo scripsit οὐ πρῶτον μὲν παρὰ τοῦ διδάξαντος αὐτὰς νοῦ παραλαβὼν ἔχεις; corrector ille classis UF haud inepte sententiam sic mutavit: πρῶτον μὲν παρὰ τοῦ διδάξαντος αὐτὰς οὐ παρὰ σαυτοῦ λαβὼν ἔχεις. *de sacrif. Abelis et Caini* § 59 p. 226, 5 ἡ μὲν οὖν ἀγαθότης αὐτοῦ μέτρον ἀγαθῶν ἐστιν vocabulum ἁγίων, quod pro ἀγαθῶν UF praebent, e consulta mutatione ortum non errore scriptum mihi videtur. § 88 p. 239, 2 verba ἀντὶ δὲ νεωτέρων καὶ δευτερείων πρεσβύτερα καὶ πρῶτα, ἀντὶ δὲ ἠσθενηκότων ἐρρωμένα καὶ πιότερα in UF hoc modo correcta vel potius depravata leguntur: ἀντὶ δὲ νεωτέρων καὶ δευτερείων πρεσβύτερα καὶ τοιαῦτα ἠσθενηκότων ἐρρωμένα καὶ πῖα. manifesto correctoris manus cernitur § 106 p. 245, 13 ὅσα δ' ἂν χωρὶς ἡγεμόνος, ὑπὸ ἀναρχίας ὥσπερ πόλιν τὸ σῶμα ἡμῶν διόλλυσι, ubi UF verba ὑπὸ ἀναρχίας ὥσπερ omittunt et pro πόλιν praebent πάλιν: scilicet in archetypo perperam scriptum fuit πάλιν, quare doctus ille homo cum sententiam loci non perspiceret, audacissimo remedio usus verba ὑπὸ ἀναρχίας ὥσπερ omisit. eidem correctori verborum transpositiones quibus codices UF abundant deberi videntur. — de codicis G auctoritate quae necessaria videntur iam supra dixi. de familiis A et H eis quae dicta sunt pauca hoc loco addenda videntur. quamvis corruptum textum exhibeant, utilitate tamen non omni carent. nam primum ne melioris quidem notae codices vitiorum omnino expertes sunt nec raro libri deteriores verba Philonis integra referunt, deinde ubi meliorum codicum memoria desideratur, necessario adhibendi sunt illi ad Philonis libros recensendos. ac partis librorum memoria familiis A et H tantummodo servata est: etenim liber *de mutatione nominum* et *de somniis* liber II in codice A eiusque asseclis tantum legitur, *legum allegoriarum* liber III non nisi in familiis A et H traditus est. classem A autem necessitudine quadam cum codice M coniunctam et ab eodem archetypo derivandam esse videri iam monuimus. itaque in eis libris qui in codice M desunt (ut in *legum allegoriarum* libro III) classis A fidem magni faciendam esse apparet. similiter classis H artiore cognationis vinculo cum familia UF et cum codice G conexa videtur. namque in libro *de opificio mundi*

memorabilem consensum inter H et FG cum in bonis tum in corruptis lectionibus exstare videmus: § 9 p. 3, 3 τὸν δὲ κόσμον et 3, 5 τῶν εἰς εὐσέβειαν ἡκόντων. § 11 p. 3, 10 ἀπεριμάχητον. § 13 p. 4, 10/11 ἡ δ' ἐπ' ἀμφοῖν δύναμις ἕξ. δεῖ γάρ. § 17 p. 5, 15 νεωσοίκους. § 23 p. 7, 5 ἐπιλαβεῖν. § 29 p. 9, 4 παρὰ τοῦ νοητοῦ κόσμου (verba inepte interpolata). § 45 p. 14, 9 οἷοι. § 51 p. 16, 17 μέτρον. § 63 p. 20, 21 διαφερόντων et p. 21, 4 ἀντωθοῦντα. § 80 p. 27, 17 πάντα. § 131 p. 45, 15 ἀφαυαινομένην. § 133 p. 46, 6 ποιητικόν. § 138 p. 48, 10 προσανέπλαττε. § 141 p. 49, 21 μακρὸν στοῖχον. § 152 p. 53, 7 ἁρμόττεται. § 153 p. 53, 21 ἀδιάφθορον. § 158 p. 55, 17/18 τέλος αὐχ ὅρον ἄλλο ἤ. § 161 p. 56, 6 σύνοδοι ξεναγὸν ἔχουσιν ἡδονήν. diductis litteris significavi scripturas egregias et in textum receptas. deinde haud spernendam esse memoriam classis H inde perspicitur, quod sola praeter unum alterumve codicem melioris notae verba scriptoris interdum recte tradidit: cf. *de Cherubim* § 39 p. 179, 21 χρῆσθαι (GH). § 79 p. 189, 15 τὸ μὲν ὡς ἀντιπεπονθὸς κατὰ ἀντέρεισιν, τὸ δὲ ὡς ὑπεῖκον (MH). § 120 p. 198, 19 εὐπατριδῶν (GH). *de sacrif. Abelis et Caini* § 47 p. 221, 5 τὰ ἄλογα ζῷα (FH). § 65 p. 229, 4 φθάνουσα (MH). quin etiam aliquot locis H solus omnium codicum veram et genuinam scripturam servavit: *de opificio mundi* § 33 p. 10, 8 ἀνάλαμψιν (ἀνάληψιν ceteri). *de Cherubim* § 6 p. 171, 15 τὸν αὐστηρὸν καὶ σκυθρωπὸν . . . βίον (βίον om. ceteri). § 16 p. 173, 26 μιάσμασι κεχρωσμένη (κεχρημένη ceteri). § 33 p. 178, 8 ἀπαντᾷ (ἅπαντα vel πάντα ceteri). § 69 p. 187, 6 παράνοιαι (παροινίαι M, παρανομίαι ceteri). § 100 p. 194, 14 πᾶσα γῆ (πᾶς ceteri). § 115 p. 197, 16 ἀπόλειψιν (ἀπολείψειν ceteri). in libro *quod deterius potiori insidiari soleat,* qui tantum in familiis UF et H traditus est, permultis locis genuina scriptura in H(L), corrupta in UF reperitur. iam ut quae dicta sunt uno verbo comprehendam, nullum exstare codicem vel genus codicum ceteris omnibus ita praeferendum, ut recensio Philonis eo niti possit, demonstrasse mihi videor. itaque in recensendis Philonis libris eclecticam quam dicere solent rationem adhibendam esse efficitur, ut in singulis libris modo hanc modo illam memoriam pro cuiusque bonitate et integritate sequi oporteat.

Felicissimo casu factum est ut ad codices in membranis vel in chartis exaratos duorum Philonis librorum fons gravissimus accesserit De papyro

papyrus (Pap). anno enim 1889 Copti in Aegypto superiore inventa est papyrus in bibliotheca nationali Parisiensi nunc adservata, in qua duo scripti sunt libri Philonis anno 1893 a V. Scheilio editi[1]), cuius e descriptione nonnulla repetere liceat. est volumen papyraceum formae octavae, foliorum numeratorum 44 in recto et in verso perscriptorum, paginarum 89, quarum unaquaeque in duas columnas divisa est, litteris quae dici solent uncialibus a duabus manibus exaratum. continet ut iam dixi duos libros sic inscriptos ϕΙΛωΝΟϹ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΙϹ Ο ΤωΝ ΘΕΙωΝ ΕϹΤΙΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟϹ Η ΠΕΡΙ ΤΗϹ ΕΙϹ ΙϹΑ ΚΑΙ ΕΝΑΝΤΙΑ ΤΟΜΗϹ (pag. 1—55) et ϕΙΛωΝΟϹ ΠΕΡΙ ΓΕΝΕϹΕωϹ ΑΒΕΛ ΚΑΙ ωΝ ΑΥΤΟϹ ΤΕ ΚΑΙ Ο ΑΔΕΛϕΟϹ ΙΕΡΟΥΡΓΟΥϹΙ (pap. 56—89). tituli in fine utriusque libri repetiti sunt. de aetate papyri haec scripsit editor: *L'écriture . . . est très lisible et paraît faire remonter l'époque du papyrus vers le VI*[e] *siècle.* sed quibus indiciis permotus hanc aetatem papyro vindicaverit non dixit. mihi quidem tabulas phototypicas ad calcem editionis adiectas examinanti scriptura aetatem antiquiorem prodere videtur atque Udalricus Wilcken peritissimus papyrorum iudex a me interrogatus causam esse negavit, cur ad saeculum sextum sit deducenda. utut res se habet, vetustate papyrum vel antiquissimos codices Philonis valde superare manifestum est. scriptura non multum ab usu communi papyrorum discrepat. compendia raro usurpata sunt, non occurrunt nisi in vocabulis plerumque abbreviatis $\overline{\Theta\Sigma}$ = θεός, $\overline{\mathrm{K}\Sigma}$ = κύριος, $\overline{\Upsilon\Sigma}$ = υἱός, $\overline{\Pi\mathrm{TP}}$ = πατήρ, $\overline{\Pi\mathrm{NA}}$ = πνεῦμα. in fine vocabulorum pro littera ν interdum linea superscripta est $\overline{\Pi\mathrm{A}}$ = πᾶν, $\Pi\mathrm{A}\overline{\Sigma\mathrm{A}}$ = πᾶσαν. semel apostrophus compendii instar videtur adhibitus esse ΔΙΑΛΕΚΤ'ΟΝ = διαλεκτικόν. iota mutum ubique adscriptum est, sed saepe omissum et ut in papyris fieri solet falso positum: inprimis ηι pro η (in nominativis) identidem occurrit. multi errores a librariis in scribendo commissi sunt, sed omnes eiusmodi quales plerumque in papyris reperiuntur e verborum pronuntiatione tum temporis usitata explicandi. maxime inter se confunduntur vocales et diphthongi αι et ε et η, ε et αι et η, ει et η et ι, η et αι et ε et ει et ι, ι et ει et η, ο et ω, ω et ο, οι et υ, υ et οι. geminatio

[1]) Mémoires publ. par les membres de la Mission archéologique française au Caire, Tome IX 2[e] fascicule, Paris 1893.

consonarum interdum neglecta est: διαρειν scriptum est pro διαρρεῖν, πλημυρα pro πλήμμυρα. item assimilatione neglecta scriptum est ενκωμιον, ενγραφεις, ενπλεα, ενφαινων, συνπαντα, etc. e contrario ν ante σ assimilatum est ut in πασσοφος pro πάνσοφος, εκ ante δ et λ in εγ mutatum: εγδηλος, εγδεξαμενος, εγλιπων, εγλυειν. ν paragogicum ante consonas ubique fere scriptum est, ante vocales saepe omissum: cf. p. 211, 11 ὠσὶ ἀκούσας ἢ μυκτῆρσι ὀσφρόμενος. p. 244,12 κτήνεσι ὅσα. pro verbo ἐθέλειν semper forma θέλειν usurpata est: cf. p. 217, 11 ὁποῖον γὰρ ἐὰν θέλῃς, 218,12 οἷς ἂν θέλῃ, 249, 12 ἀκρωτηριάζειν θέλῃς. accentus desunt, spiritus non reperiuntur nisi in his vocabulis ὧν, οἷς, ἧς, οὗ, ἅς, ᾧ, ἅπερ, ἓν, ἕνος, ἅτε, χειροἧθη et paucis aliis. vitia graviora etiam multa occurrunt, quorum pleraque e commutatione eiusmodi litterarum et vocabulorum nata sunt, quae vel propter formae similitudinem vel propter sonum aequalem facile confunduntur. exempla aliquot afferam. p. 202, 5 επισκοπη pro ἐπισκοτῇ. 206, 17 εοικοτα pro εἰκότα. 206, 18 γενομενος pro γε μόνος. 207, 6 θνητων pro τὴν τῶν. 213, 13 ευφροσυνης pro εὖ φρονήσῃς. 214, 3 συν εμοι pro ἐν ἐμοί. 215, 17 λελυπηκως pro λελυττηκώς. 216, 3 δυνηται pro δυνηθείῃ. 216, 9 οντας pro ὄντως. 220, 6 υπηρετει pro ὑπηρέτιν. 220, 8 δει pro ἀεί. 229, 7 διανοιας pro διανοίᾳ δ. 230, 13 ημερον pro ἔρημον. 231, 10 τε pro γε. 233, 6 τινας pro τείνασ(α). 233, 11 et 238, 7 πεφυρμενα pro πεφυγμένα. 234, 18 πραγμασιν pro γράμμασιν. 237, 2 και τα pro κατά. 239, 13 μηδε pro μὲν δή. 246, 10 αν αι pro ἅγιαι. 248, 13 αγωγα pro ἄγοντα. 250, 12 δυναμενος pro δυνάμεως. 251, 12 μετα νητον pro μετ' αὐτόν. 257, 8 αχρωτον pro ἄχραντον. aliud vitiorum genus ortum est singulis litteris et vocabulis errore vel additis vel omissis. ut p. 206, 5 μεταναστην pro μετανάστασιν. 207, 15 συναξουσιν pro συναύξουσιν. 208, 1 αρχεσεται pro ἄρχεται. 210, 10 γυναικος pro γυναικεῖος. 211. 3 καν αινης pro κἂν συναινῇς. 212, 15 verba ἀλήθεια—ἰσότης omissa propter homoeoteleuton, cum oculus ab ὁσιότης ad ἰσότης aberraret. 212, 17—18 verba αἰδὼς—προσοχή omissa, ubi scriba unum versum videtur praetermisisse. 214, 10 αν δεχηται pro ἂν ἐνδέχηται. 224, 11 οὐκ (post οὐν) omissum. 227, 6 φορτου pro φορυτοῦ. 237, 2 γενεσει pro γένει. 238, 1 διατριβειν (post διαίρεσιν) pro ἐνδιατρίβειν. 240, 10 αξιηκοτερον pro ἀξιονικότερον. 242, 4 και αιρη pro καὶ διαιρῇ. 246, 10 απαρχεται pro ἀπαρχαί. 247, 10 ας (post ἀμέτοχοι) pro ὅσας. 255, 7 γνωζεται pro γνωρίζεται.

Textum Philonis qualis in papyro exstat V. Scheil in editione sua fidelissime expressit, errores manifestos tantum correxit, verba quae in papyro vel interierunt vel non iam legi possunt secundum editionem Richterianam supplevit. cancelli quibus supplementa editoris inclusa sunt non satis accurate ubique positi sunt, ut interdum dubius haereas, quid etiam nunc in papyro exstet vel legi possit, quid ab editore suppletum sit. eiusmodi locis in afferenda papyri scriptura interrogationis signum addidi. verba suppleta non omnia recte se habere nec ubique pro vero papyri textu accipienda esse consentaneum videtur. neque enim apparatum criticum ad manus habebat editor neque codicum lectionum varietatem ad partes vocavit, quarum ope quid in papyro scriptum fuerit plerumque facilius divinari posse perspicuum est. nihilo secius multas et novas et egregias scripturas e papyro editor recuperavit. nobis papyri scripturis et vestigiis scripturae certa via ac ratione adhibitis et cum ceteris subsidiis criticis diligenter comparatis quod permultis locis verba Philonis emendare et restituere contigit, nemo mirabitur. nec raro factum est ut quae in papyro peccata esse Scheilio videbantur nos ea pro memoria genuina habenda esse cognoverimus.

His praemissis ad quaestionem gravissimam accedamus, qualis sit textus Philonei forma in papyro tradita quaeque ratio inter papyrum et codices Philonis intercedat. ac primum quidem memoratu digna videntur vitia quaedam papyro cum classe UF in libro *de sacrificiis Abelis et Caini* communia. p. 207, 13 σβεσθῇ pro σβέσῃ. 217, 7 ἀδυνατεῖ λαμβάνεσθαι pro ἀντιλαμβάνεσθαι ἀδυνατεῖ. 218, 11 τε καὶ κόσμου om. 220, 3 παροικεῖ σοφίαν pro σοφίᾳ. 220, 5 τῇ ante ψυχῇ om. ibid. δε Pap, δεῖ UF pro δεῖται. 222, 4 ῥώμη pro ῥύμη (ὁρμή ceteri codices). 224, 10 πληθυνθέντων om. 229, 5/6 ἄδεικτον et δεῖξιν pro ἄληκτον et λῆξιν. 230, 15 σου om. 231, 15 ἐφ' ᾧ pro ἐφ' ὧν. 239, 7 αὐτήν om. 245, 14 μὲν om. 246, 10 εἰσιν om. 249, 5 ἀναγκαίων om. 249, 18 ἐπιδόσεις om. 251, 18 ὅπως pro ὅμως. gravior corruptela in papyro et in classe UF cernitur p. 226, 9, ubi quae in utraque scripta sunt ἵνα τυπωθεῖσα τὸν κατὰ τὸ εἶναι θεόν omni sensu carent. p. 205, 3 pro κλῆρον in papyro legitur καθα ολων, in UF καὶ καθαρόν, quae res ita explicanda videtur, ut iam in communi fonte verba corrupta fuisse censeamus eaque a scriba papyri fideliter transcripta esse, cum corrector eius exempli quod codicum

UF fundamentum fuit coniectura corruptelam sanare conaretur. correctricem manum eandem in papyro et in UF deprehendimus p. 255, 11, ubi verba biblica a Philone laudata ab eis sic tradita sunt: ἀλλ' ὁ θεὸς παρέδωκεν αὐτῷ εἰς τὰς χεῖρας, cum ceteri codices recte praebeant ἀλλ' ὁ θεὸς παρέδωκεν αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, quae scriptura in LXX interpretum versione traditur et ab Ambrosio confirmatur. sed multo maiorem quam in vitiis et corruptelis consensum inter papyrum et codices UF exstare videmus in bonis et praestantissimis lectionibus. insignia quaedam exempla congessi iuxta posita ceterorum codicum scriptura:

Pap UF	MAGHP
203, 8 τὸ φίλαυτον (δόγμα) ὁ Κάιν	ὁ φίλαυτος Κάιν
205, 12 ἡγεῖται	ἤγαγε
206, 13/14 πρεσβύτερον εἰσαγαγὼν τοῦ Ἄβελ τὸν Κάιν νυνὶ τὴν τάξιν μετατέθεικεν	πρεσβυτάτου τοῦ Κάιν τὸν Ἄβελ νῦν τῇ τάξει μετατέθεικεν
207, 7 εὐλόγων	ἐκ λόγων
207, 7 χαίρειν ἐῶντι	ἀποτρεψαμένῳ
208, 12 κατ' ἀρετὴν τίμια	τὰ ἀρετῆς τίμια
217, 5 ᾧ συνάγεται	ὡς οὖν ἀπαιτεῖ
220, 2 κατάρχουσιν	μετέχουσιν
220, 20 ὡς ἄλογον τὸν ἄφρονά φασί τινες	ὃν ἄφρονά φασί τινες
222, 6 τοῦ περιττοῦ Ἰοθόρ	περὶ τὸν Ἰοθόρ
226, 7 παραπηγμάτων (παραταγμάτων U)	παραγγελμάτων
228, 3/4 διάβασις (θυσις Pap) γάρ ἐστιν οὐ θνητή, ἐπεὶ τοῦ ἀγενήτου καὶ ἀφθάρτου τὸ Πάσχα εἴρηται	διάβασις γὰρ ἐπὶ θεὸν τοῦ γεννητοῦ καὶ φθαρτοῦ τὸ Πάσχα εἴρηται [1])
229, 2 ὀξυκινητότερον	εὐκινητότερον
229, 11 εἰ ἐπικαταλήψεται . . . ἢ οὔ	ἐπεὶ καταλήψεται . . . (ἢ οὔ om.)
230, 13 πιεσθείς	βιασθείς

[1]) Codex A qui et alibi vestigia duplicis memoriae servavit hoc loco utramque scripturam exhibet mire commixtam: διάβασις ἐν ἄλλῳ (scil. ἀντιγράφῳ)· διάβασις γάρ ἐστιν οὐ θνητὴ ἐπὶ τοῦ ἀγεννήτου· καὶ γὰρ ἐπὶ θεὸν τοῦ γεννητοῦ καὶ φθαρτοῦ τὸ Πάσχα εἴρηται.

Pap UF	MAGHP
231, 10 τῶν ἀνθρωπείων	τῶν ἀνθρώπων
234, 12 φέγγος ... ἐπιλάμψῃ τὸ	φέγγος ... ἐπιλάμψαιτο
236, 8 ἐσθημάτων	μαθημάτων
236, 11 ποίκιλμα ὧν ἐκ μυρίων ἰδεῶν	ἐκ ποικιλμάτων καὶ μυρίων ἰδεῶν
237, 2 ἐν γένει (γενεσει Pap)	ἕν ἐστιν
238, 4 τροφῇ θείᾳ ... τραφέντες	προφητείᾳ ... τραφέντες
240, 10/11 ἄμεινον δὲ οὐδὲ ἐπινοῆσαι θέμις	ἄμεινον δὲ οὐδὲν ἐπινοηθήσεται
241, 11 ὥσπερ οἱ ἐχῖνοι	ὥσπερ ἐκεῖνοι
241, 18 ἀφελεῖς	ἃ θέλεις
242, 15 λόγῳ χρήσασθαι γεγωνῷ	λόγῳ χρήσασθαι γέλωτα
243, 8 εἰδῶν εἰς ἃ τέμνεται	ἰδεῶν εἰς ἃς τέμνεται
244, 1 φυσικώτατα ἔχει	φυσικώτατα θύει vel φυσικώτατον θύειν
245, 15 ὁμολογητέον (ομολογιστεον Pap)	λογιστέον
248, 3 περὶ τῶν ἀκολούθων	περὶ σώματος ἀκολούθως
248, 12 ἀτελοῦς	ἀμελοῦς
255, 6 διασυνίσταται	διανίσταται

itaque iure statuendum videtur papyri memoriam necessitudine quadam coniunctam esse cum archetypo familiae UF. hinc apparet (id quod iam supra significavimus), quam vetustum fuerit illud archetypum. sed longo intervallo codices UF ab archetypo ipso abesse inde rursus efficitur, quod codices illi multis vitiis et correcturis inquinati sunt, quibus papyrum intactam videmus. papyrus enim sicuti saepe cum familia UF conspirat, ut permultis locis trium horum testium fidem secuti verba scriptoris restituere possimus, ita non raro ab illa dissentit et cum ceteris codicibus facit. huius quoque rei praeclara quaedam exempla proferam:

Pap MAGHP	UF
204, 5 προστίθεται τῷ θεοῦ λαῷ	προστίθεται τῷ θεοῦ λόγῳ
209, 4 κληροδοτῇ	κατακληρονομῇ
210, 15 ἡγεμὼν χοροῦ στᾶσα	ἡγεμὼν χοροστατοῦσα [1])
216, 13 χαλεπότητα	λεπτότητα
217, 6 ἐπὶ σκότους	ἐπισκοτοῦσα

[1]) χοροστατοῦσα etiam HP: cf. quae de familia H supra dixi (p. XL).

Pap MAGHP	UF
220, 5 τροφῶν δὲ οὗτος ... (δεῖται)	τροφῆς δὲ ὦ οὗτος ... (δεῖ)
222, 3 ὁπότε	ὅπως μή
222, 8 εἰς ἐρημίαν τοῦ μὴ ἀδικεῖν	εἰς ἑρμηνείαν τοῦ ἀδικεῖν
224, 11 ἐπιλήσῃ θεοῦ	ἐπιλήσῃ σύ
226, 1 ἀρχῆς τε αὖ	ἀρχῆς τε αὐτοῦ
226, 3 οὐδαμῶς	οὐδ' ὥς
226, 8 φυραθῆναι	εὐφρανθῆναι
226, 9 ὃς ὑπερκέκυφε	ὅσονπερ κεκάλυφε
232, 15 αἱ ἀρεταί, αἱ κατ' ἀρετὰς πράξεις	ἃ διαιρεῖται ἑκατέρων τὰς πράξεις
243, 2 ἁπάντων	ἀπὸ τῶν
243, 12 δύσκλειαν	δυσκολίαν
245, 13 ὑπὸ ἀναρχίας ὥσπερ πόλιν	πάλιν (cet. om.)
248, 13 εὐκλεέστατον	εὐκταιότατον
249, 19 ἀντιτείνωμεν	ἀντικινῶμεν
253, 8 et 11 λυτρωτάς	λυτρώσας
253, 16 ἀνῆκε	ἂν καὶ
256, 11 κληρονομηθείς	κληθείς F, κλιθείς U

sed papyrus integritate et praestantia scripturae non modo codices UF sed omnes codices Philonis longe superat. etenim permultis locis, ubi codicum omnium memoria corrupta est, papyrus sola scriptoris verba integra et genuina servavit. quod ut appareat, hic locos aliquot congessi quibus papyri scriptura textui vulgato praeferenda videtur:

Pap	codd.
206, 15 προερεσιν i. e. προαίρεσιν	αἵρεσιν
207, 15 καὶ ἐθῶν καὶ νομίμων	δι' ἐθῶν καὶ νομίμων
209, 15 ἐχθαίρομεν	ἐχθραίνομεν
211, 12 ὀσφρόμενος	ὀσφραινόμενος
215, 20 τρώκτης	τρωκτικός vel στρωτικός
218, 20 τοῦ ζῆν τοῖς γλιχομένοις τροφῆς οὐκ ἀμελητέον[1])	τοῖς γλιχομένοις τοῦ ζῆν τροφῆς οὐκ ἀμελητέον

[1]) hanc verborum collocationem consulto videtur Philo praetulisse, ne duo genetivi τοῦ ζῆν et τροφῆς congrederentur.

Pap	codd.
219, 1 τοῖς τῶν ἀγαθῶν κτήσεως ἐφιεμένοις	τῶν om.
221, 19 καὶ γαστρὸς καὶ τῶν μετὰ γαστέρα ἡδονῶν	καὶ γαστρὸς καὶ ἡδονῶν τῶν μετὰ γαστέρα
224, 4 τὸν ἡγεμόνα νοῦν	νοῦν om.
226, 6 δι' ὃν (scil. ἡγεμόνα)	δι' ὧν UF, διὸ ceteri
227, 12 κατοκωχῆς	κατακωχῆς
230, 9 Φαραὼ δὲ ὁ σκεδαστὴς τῶν καλῶν	ὁ et τῶν καλῶν om.
232, 17 τέμνε	τέμνει
237, 14 μετὰ τὸ „χίδρα"	μετὰ τὰ „χίδρα"
240, 10 αξιηκοτερον, unde ἀξιονικότερον [1]) restitui	ἀξιοπιστότερον
247, 4 αἱ ἐοικυῖαι	αἱ om.
247, 10 ἡ ἐν ἀρεταῖς εὐφροσύνη τελείαις	ἡ ἐν ἀρεταῖς εὐφροσύνη τελεία
248, 8 ἴθι οὖν	τί οὖν UF, ποιοῦν MAGP, τι ὂν H
252, 7 τῶν ἀπόντων	τῶν ἀπὸ τῶν UF, ἀπ' αὐτῶν MAG, ἁπάντων HP
253, 14 τῆς δὲ ἐλευθερίας χάριτι τοῦ εὐεργέτου, ὃν κλῆρον ἔλαχεν, βεβαιουμένης	τῆς δὲ ἐλευθερίας διὰ τὴν τοῦ θεοῦ θεραπείαν ἐπιγινομένης
255, 8 τοῦ δὲ δευτέρου καὶ κολαστηρίου	τοῦ δὲ ἑτέρου καὶ κολαστηρίου
256, 21 εἰς τὸν τοῦ θεοῦ βωμὸν οὐκ ἀνῆκεν	εἰς τὸν πιστὸν [2]) τοῦ θεοῦ βωμὸν οὐκ ἀνήνεγκεν
256 22 κατὰ ἀμερῆ . . . διαστήματα	κατὰ ἀμερῆ . . . διάστημα vel διάστημα ᾱ

Omnibus exemplis quae attuli diligenter examinatis hoc mihi exploratum videtur, papyrum et archetypum familiae UF ex uno eodemque fonte originem duxisse, qua re memorabilis papyri et codicum UF con-

[1]) cf. *de migr. Abrahami* I 465, 31 Mang. προμηθούμενος οὐ τῶν ἀξιονικοτέρων αὐτὸ μόνον.

[2]) πιστόν a monacho aliquo interpolatum esse apparet.

sensus optime explicatur, cum dissensio inde repetenda sit, quod archetypum classis UF iam multis corruptelis et correcturis infectum fuit (v. supra p. XL). at codices omnes ab uno archetypo, quod quidem ad bibliothecam Caesariensem pertineret, oriundos esse diximus. itaque nunc quaeritur, utrum papyri memoria cum papyris Origenis Pamphilique cohaereat an ab iis aliena sit. quaestio facile absolvitur, quandoquidem manifesta vitia eadem in papyrum et in codices omnes ingressa videmus: 225, 11 γενικήν pro γεννητικήν. 227, 19 „τὰ ὑποδήματα" λόγῳ pro λέγω. 242, 6/7 κέκτηται et προσάγῃ pro κέκτησαι et προσάγῃς. 243, 9 οὐ omissum. 247, 8/9 ἀφαιροῦντας—διανέμοντας—προσάγοντας pro ἀφαιροῦντες—διανέμοντες—προσάγοντες. 255, 2 ὑφ' οὗ pro ἀφ' οὗ. praeterea duo loci huc pertinent quibus iam antiquitus lacunas in textu Philonis exstitisse statuendum videtur. 203, 2 verba τὴν δὲ τῷ θεῷ ἑπομένην ὡς αὐτοῦ δημιουργίαν (οὖσαν) non recte tradita esse facile perspicitur. in papyro verba ὡς κτλ. omissa sunt. itaque in archetypo communi textum hoc loco lacunam habuisse et ad eam explendam postea verba ὡς αὐτοῦ δημιουργίαν (sic UF) vel δημιουργίαν οὖσαν αὐτοῦ (sic ceteri codices) addita esse crediderim. alter locus exstat p. 205, 5, ubi post verba δηλοῖ δὲ καὶ ἕτερον τοιοῦτον lacunam hiare scriba papyri quattuor versibus vacuis relictis manifesto declaravit. vestigium lacunae in UF quoque servatum est, si quidem in eis et verba δηλοῖ δὲ καὶ ἕτερον τοιοῦτον et quae sequuntur νοῦν ἀθάνατον (? ην θανατον in papyro legitur) omissa sunt, nempe quia sensu carebant. his igitur exemplis satis probari mihi videtur papyri memoriam non alienam esse a textu Philonis in communi fonte codicum omnium tradito.

Quae in hac disquisitione de papyro eiusque auctoritate exposui, e textu libri *de sacrificiis Abelis et Caini* petita sunt. quod ad librum *quis rerum divinarum heres sit* attinet, in eo papyrus ab omnium codicum memoria plane discrepat. eius quoque libri textum ex eodem exemplo derivatum esse, quod in libro *de sacrificiis Abelis et Caini* cum archetypo familiae UF quodam modo coniunctum fuisse probavimus, veri quidem simillimum est, sed demonstrari non potest, quia iste liber in classe UF desideratur. accuratius ea de re Wendlandio amico in praefatione ad librum *quis rerum divinarum heres sit* disserendum erit.

De antiqua versione latina

Postquam de libris manuscriptis graecis dixi, nunc ad cetera subsidia critica me convertam. ac primum de versionibus antiquis exponendum est. antiqua versio latina tractatuum aliquot Philonis iam initio saeculi XVI identidem typis mandata deinde per tria fere saecula in tenebris iacuit, donec I. B. Aucher et post eum I. B. Pitra cardinalis memoriam eius resuscitarent[1]). anno enim 1520 Parisiis prodiit liber sic inscriptus: *Philonis Iudaei centum et duae quaestiones et totidem responsiones morales super Genesin.* praecedit editoris dedicatio ab his verbis incipiens: *August. Iustinianus Genuen. Praedicatoriae observationis professor, Nebiensis Episcopus, Loisiae de Sabaudia illustrissimae, F. Francorum Regis matri S.* continet liber non solum CII Quaestiones et Solutiones in Genesin sed etiam fragmentum opusculi *de vita contemplativa* ad quaestionem centesimam alteram continuo agglutinatum. cf. Conybeare *Philo about the contemplative life* p. 142. ipse librum non vidi. exstant autem etiam nunc codices manuscripti quibus eadem quae libro Parisiensi continentur: Urbinas lat. 61 (membran. saec. XIV), Vaticanus lat. 488 (membran. saec. XV), Laurentianus XII 10 (membran. saec. XV). cf. Pitra l. l. p. 298. 314. 322. libro Parisiensi melior et copiosior est altera editio quae anno 1527 (et annis 1538. 1550. 1599) Basileae prodiit sic inscripta:

Philonis Iudaei Alexandrini libri
Antiquitatum.
Quaestionum et Solutionum in Genesin.
De Essaeis.
De Nominibus Hebraicis.
De Mundo.
Basileae per Adamum Petrum,
Mense Augusto, Anno
M. D. XXVII.

praemissa est editoris epistula dedicatoria: *Nobilibus atque omni laudis genere cumulatissimis sodalibus ecclesiae Fuldensis Ioannes Sichardus S.*

---

[1]) I. B. Aucher *Philonis Iudaei Paralipomena Armena* p. 362. I. B. Pitra *Analecta Sacra* II p. 298.

in ea narrat editor[1]) se duobus usum esse exemplaribus, quae ita essent inter se similia, ut nec ovum diceres ovo magis, ut dubium sibi non esset, quin ex altero esset alterum descriptum. unum exemplum Fuldense fuisse, alterum idque pervetustum e coenobio Laurissensi se impetrasse dicit. utrumque continuisse videtur „Philonis Antiquitatum“ librum, CII Quaestiones in Genesin, denique librum „de statu Essaeorum id est monachorum qui temporibus Agrippae regis monasteria sibi fecerunt“ i. e. fragmentum opusculi *de vita contemplativa*. exemplum Laurissense, quod quanti pretii fuerit perspicuum est, ubi nunc adservatum sit ut investigarem adhuc non contigit. coenobii Laurissensis codices plerosque saeculo XVI in bibliothecam Palatinam Heidelbergensem transiisse constat (cf. Fr. Wilken *Geschichte der Bildung, Beraubung und Vernichtung der alten Heidelbergischen Büchersammlungen* p. 113). nunc vero codex iste Philoneus neque in bibliotheca Heidelbergensi exstat, ut K. Zangemeister mihi benignissime scripsit, neque in bibliotheca Vaticana, ut roganti mihi respondit Guilelmus Kroll[2]). alterum exemplum periisse videtur, si quidem in bibliotheca Fuldensi non iam exstat. ceterum Sichardus duo scripta ultima editionis Basileensis aliunde sumpsit. liber *de nominibus Hebraicis* nihil est nisi Hieronymi opusculum de interpretatione nominum Hebraicorum. liber *de mundo* est versio latina a Budaeo confecta opusculi περὶ κόσμου, quod e frustulis Philoneis (inprimis e libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου) conglutinatum graece quoque exstat. *Antiquitatum* liber, quem primo loco edidit Sichardus, falso quidem Philonis nomine inscriptus est (cf. Fabricius Bibl. Gr. IV 743), sed versio videtur esse libri graeci cuiusdam ab eodem interprete latino profecta, cui versiones CII Quaestionum in Genesin et opusculi *de vita contemplativa* tribuendae sunt. de sermone rudi et paene barbaro et de aetate harum versionum plura dixerunt Pitra l. l. p. 298. 319 et Conybeare l. l. p. 143, quorum uterque saeculo quarto, certe ante a. 400, fortasse

[1]) De Ioanne Sichardo (Sichardt) cf. G. Mandry *Württembergische Jahrbücher für Statistik und Landeskunde* 1872 II p. 18—52.

[2]) Nescio an nunc delitescat Cheltenhami in bibliotheca Phillippica. etenim G. Haenel *Catalogi librorum mss.* p. 812 commemorat codicem eius bibliothecae his verbis: *461. Philo Iudaeus de successione generationis vet. testamenti.* 8°. cf. etiam H. Schenkl *Biblioth. patrum lat. Britann. IV* (in *Sitzgsber. d. Wiener Akad. Philos.-hist. Cl.* t. 126) p. 19.

ante Ambrosium, eas confectas esse sibi persuasit. alia praeterea scripta Philonis olim latine conversa esse colligendum videtur ex adnotatione interpretis ad Quaestionem in Genesin quadragesimam quartam facta: *iam pervide quanta est unitas in mathematico tractatu et hic in prioribus translatis libris.* unde in libris latine translatis fuisse etiam Philonis opusculum περὶ ἀριθμῶν, quod plane periit, animadvertit Wendland *Neu entd. Fragm. Philos* p. 85².

De versione Armenia

De versione Armenia operum Philonis primus nuntius in Europam allatus est, cum Ioannes Baptista Aucher Philonis libros aliquot ad id tempus incognitos e Mechitaristarum codicibus Armenio sermone cum versione latina publici iuris faceret[1]. Aucherii editionibus igitur quinque opera Philonis graece deperdita primum innotuerunt: *de providentia, Alexander sive de animalibus, Quaestiones in Genesin, Quaestiones in Exodum, de Deo sive de tribus angelis Abraamo apparentibus.* sermones de Sampsone et de Iona nomen Philonis falso prae se ferunt. sed alia quoque scripta Philonis, quae quidem graece aetatem tulerunt, in Armenium sermonem translati sunt[2]. exstant in codicibus Armeniis optimis duodeviginti libri Philonis plerumque hoc ordine dispositi:

1. Quaestionum in Genesin liber IV.
2. Legum allegoriarum lib. I et II (continuo scripti).
3. 4. De Providentia lib. I. II.
5. De animalibus adversus Alexandrum.
6. Patriarcharum liber (i. e. *De Abrahamo*).
7. De vita contemplativa.
8-10. Quaestionum in Genesin lib. I. II. III.

---

[1] 1. *Philonis Iudaei sermones tres hactenus inediti I et II de Providentia et III de Animalibus ex Armena versione antiquissima ab ipso originali textu graeco ad verbum stricte exequuta nunc primum in Latium fideliter translati per P. Io. Baptistam Aucher Ancyranum. Venetiis typis coenobii PP. Armenorum in insula S. Lazari 1822.* — 2. *Philonis Iudaei Paralipomena Armena, libri videlicet quatuor in Genesin, libri duo in Exodum, sermo unus de Sampsone, alter de Iona, tertius de tribus angelis Abraamo apparentibus, opera hactenus inedita ex Armena versione antiquissima ab ipso originali textu graeco ad verbum stricte exequuta saeculo V nunc primum in Latium fideliter translata per P. Io B. Aucher. Venetiis . . . 1826.*

[2] omnia nuper edidit F. C. Conybeare, Venetiis 1892.

11. 12. Quaestionum in Exodum lib. I. II.

13. De sacerdotibus lib. I (id est *de monarchia* libri II pars altera Mang. II 225—232: v. supra p. XXII titulum codicis F).

14. De sacerdotibus lib. II (i. e. *de sacerdotum honoribus*).

15. De sacrificantibus. incipit a verbis πῦρ, φησίν, ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου (Mang. II 254,45).

16. De decem verbis. qui liber complectitur haec: 1. *de specialibus legibus* lib. III ab initio usque ad verba πρῶτον γράμμα τοῦτ' ἐστίν (Mang. II 300, 42). 2. breve fragmentum de virtutibus numerorum. 3. *de decalogo*. 4. *de specialibus legibus* lib. III a verbis οὐ μοιχεύσεις usque ad verba τιμάσθω τὸ δικαστήριον ἐπ' αὐτῷ (Mang. II 300, 42—310, 33).

17. Samson.

18. Ionah.

De charactere versionis Armeniae observavit Aucher, interpretem pede presso haerere textui graeco neque auctoris sui sententiam exhibere sed ipsa paene verba enumerare, ita ut Armeniae sint voces eaeque elegantissimae atque antiquissimae, phrasis vero atque constructio omnino graeca; omne studium suum in id contulisse interpretem, ut verba singula singulis responderent. hinc facile perspicitur quantam praebeat utilitatem haec versio ad verba graeca restituenda, quoniam plerumque verba Armenia facile in graecum sermonem retro vertere licet. sed simul haec ratio vertendi apud Philonem utpote scriptorem saepe obscurum et contortae orationis cupidissimum eam habebat importunitatem, ut quae vel graece non satis dilucida essent in Armeniam linguam ad verbum translata non nisi obscura ac perplexa evadere oporteret. itaque varias corruptelas in textu Armenio deprehendimus plerasque inde ortas, quod interpres verba Philonis male intellexit. eadem causa subesse videtur, quod saepe singulae voces vel elocutiones omnino praetermissae sunt. nihilo secius versio Armenia magni aestimanda est cum propter verba scriptoris fidelissime reddita tum propter aetatem qua confecta est. namque interpretem parte priore saeculi V Theodosio iuniore regnante vixisse demonstravit Aucher, comprobavit Conybeare, qui praeter amplissimum codicum graecorum apparatum et latinam versionem Armeniae quoque versionis quattuor codices ad opusculum *de vita con-*

templativa recensendum adhibuit[1]. eadem ratione versionem in ceteris libris usurpandam esse dudum mihi persuasi. atque cum ipse Armeniae linguae prorsus ignarus sim, gratissimum fecit Conybeare, quod huic editioni Philonis operum ultro auxilium suum obtulit. itaque huius viri doctissimi et litterarum Armeniarum peritissimi operae et doctrinae debentur quae in hoc volumine de lectionibus textus Armenii adnotata sunt. quotiescunque eum adibam, nunquam mihi defuit. nam cum ante hos tres annos *legum allegoriarum* libros I et II apparatu critico meo adhibito cum codicum Armeniorum textu comparasset eiusque scripturae discrepantiam verba Armenia in graecum sermonem retro vertens in usum meum enotavisset, textum graecum typis iam expressum diligentissime denuo contulit ac multis locis lectiones Armenias antea neglectas mecum communicavit.

De versione Armenia opusculi *de vita contemplativa* sic iudicavit Conybeare, textum graecum ab ea repraesentari vetustiorem et meliorem eo quem exhiberet archetypum codicum graecorum omnium commune, ut ab hoc ea pendere non sit existimanda. idem iudicium de *legum allegoriarum* libris I et II mihi ferendum videtur. etenim versio Armenia corruptelis et glossematis quibusdam caret quae in codicibus graecis omnibus exstant et aliquot locis verba singula servavit in illis omissa. atque in libro primo quidem versio Armenia meliorem textus formam prae se ferre videtur his locis: p. 66, 23 γενικὸν νοητόν Arm: γενικόν om. codd. 70,23 τοῦτο γάρ Arm: τοῦτο δέ codd. ibid. καὶ ἐμπέπνευσται verba sine dubio interpolata om. Arm. item 74, 22 τὸ ἐργάζεσθαι τὰ καλά (manifestum glossema) om. Arm. 75,16 καὶ πράξεις (Accus.) Arm: καὶ πρᾶξιν vel καὶ αἱ πράξεις codd. 79,16 τὴν κεφαλήν Arm: τὴν om. codd. 80,16 τοῦ ἡνιόχου Arm: τοῦ om. codd. 81,5 ὠδίνει, quod hoc loco inepte additum est, om. Arm. 82, 3 ἐν τῷ γηγενεῖ Arm: ἐν om. codd. 88, 16 αἰσθήσεσι, σώματι Arm: αἰσθήσεσι σώματος codd. in libro altero, qui non

[1] Illius quoque opusculi quod Philonis nomine ferebatur de nominibus Hebraicis (v. supra p. II) versionem Armeniam factam esse mihi nuntiavit Conybeare. exstat in codice Armenio quodam bibliothecae Parisiensis qui praeterea continet Aristotelis Categorias cum Porphyrii et Davidis commentariis libellus sic fere inscriptus: *Hic sequuntur Philonis interpretationes nominum Hebraicorum in Armenium sermonem e graeco translatae.* eam quoque versionem saeculo V confectam esse censet Conybeare.

nisi in M et AP traditus est, multo maioris pretii esse versionem Armeniam facile perspicitur. genuina scriptura his maxime locis ei debetur: 91,9 et 92,13 ποιήσωμεν Arm: ποιήσω codd. 91,16 ὡς ἐν νηὶ τρόπις, ἐφ' ᾗ οἰκοδομεῖται Arm: ὡς ἐν νηὶ τρόπεως, ἐφ' ἣν οἰκοδομεῖται codd. 91,29 εἶδος βοηθῶν Arm: εἶδος βοηθοῦν M, εἶδος βοηθοῦ AP. 92,3 ἢ om. 92,16 καὶ πολέμιοι Arm: καὶ om. codd. 93,3 γενέσεως, ὡς καὶ δηλοῖ Arm: ὡς om. codd. 93,26 οὐδ' ἂν διάλεκτος ἦν Arm: οὐδ' ἂν διάλεκτος ᾖ codd. 94,12 ὁ μὲν φαῦλος Arm: φαῦλος om. codd. 95,20 ἔστιν οὖν καὶ ἄλλη δύναμις Arm: οὖν καὶ om. codd. 96,25 αὐτὰς ἐξέλαμψε Arm: αὐτὸς ἐξέλαμψε codd. 99,12 ἐν νῷ Arm: ἐν τῷ codd. 100,22 κλῆρον ante προσάγειν, quod sensu caret, om. Arm. 101,21 αὐτούς Arm: αὐτοῖς codd. 103,25 ἀλλ' οὐκ οὐκ Arm: ἀλλ' οὐκ codd. 104,7 ἕως οὖν Arm: ἕως οὗ codd. 106,13 ἰδέαι αὗται, quae verba a lectore aliquo margini adscripta videntur, om. Arm. 108,6 ἡ ὀφιώδης ἡδονή Arm: ἡδονή om. codd. 109,26 διὰ τοῦτ' ἔστη Arm: διὰ τοῦτ' ἔστι codd. 110,2 σωφροσύνης ἐραστήν Arm: σωφροσύνης ἐργάτην codd. 112,4 ἀδικοῦμεν δι' ἡδονήν Arm: ἀδικούμεναι ἡδονήν codd. ubi codicum graecorum scriptura in diversas partes discedit, versio Armenia tantum non ubique meliorem ostendit memoriam, ita ut in libro primo saepius cum MAP consentiat quam cum UFL. sed quamquam ab ipso archetypo codicum graecorum non pendet, non tamen prorsus aliena est ab eo textu e quo illud derivandum est. exemplum graecum quo usus est interpres Armenius quin e papyris vel codicibus in bibliotheca Caesariensi adservatis fluxerit dubitari nequit. namque exemplum illud corruptelis et lacunis aliquot iam depravatum fuit, quas in archetypo codicum graecorum fuisse certissimum videtur. p. 62,14/15 haec tradita sunt in Arm et MA(P) τὰ μὲν θνητὰ ὡς ἔφην παραμετρῶν ἑξάδι, τὰ δὲ μακάρια καὶ εὐδαίμονα ἑβδομάδι πρώτῃ. ἑβδόμῃ (δὲ add. Arm) ἡμέρᾳ, ubi vocabulum πρώτῃ manifesto corruptum est; quae in UFL leguntur τὰ δὲ μακάρια καὶ εὐδαίμονα ἑβδομάδι. πρῶτον οὖν ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ non genuinam scripturam sed corrigendi conatum exhibere mihi videntur. 62,25 καὶ μῆνα δὲ καὶ ἐνιαυτὸν ἐνισταμένους πέρατα δήπου ἐξ οὐκ ὄντων Arm, ... πέρατα δὴ τούτων ἐξ οὐκ ὄντων MAP, ... ἀρχὴν δήπου τῶν ἑξῆς ἰόντων UFL: ἐξ οὐκ ὄντων corruptum esse ex ἑξηκόντων vidit H. Diels. antiquam esse corruptelam quae in Arm et in MAP comparet, in UFL rursus correcturam temptatam esse facile intellegitur. 66,21 post καὶ πάλιν τῆς κατὰ

μέρος αἰσθήσεως verba ἰδέα τις αἰσθήσεως vel similia intercidisse manifestum est: desunt etiam in versione Armenia. 67, 20 verba ἣν κατὰ σύμβολον βροχὴν εἴρηκεν, quae ad τροφὴ δὲ αἰσθήσεως pertinent, et in versione Armenia et in codicibus graecis perperam exstant post verba ἡ δ' ἰδέα τῆς αἰσθήσεως. 76,9 τὸν ὄντα corruptum est aut lacuna statuenda. 92, 8 τὸ γενόμενον M, τὸ νόμενον A, πότερος (vel πότερον) οὖν Arm: scriptura iam in antiquissimis exemplis non dilucida videtur fuisse. 99,11 pro λογικῇ ψυχικῇ (sic correxit Hoeschel) corruptam scripturam ψυχῇ et Arm et codices praebent. alia vitia scripturae quae versio Armenia sibi propria habet pleraque inde orta sunt, quod interpres verba graeca male intellexit nec satis accurate distinxit.

De excerptis Philoneis

Hucusque de subsidiis criticis diximus quibus scripta Philonis integra memoriae prodita sunt. ad ea accedunt excerpta Philonea partim in codicibus qui dici solent miscellaneis partim in veterum scriptorum libris tradita. atque codices miscellanei quidem in hoc volumine ad partes vocati sunt hi:

De codice R

1. Codex Parisinus graecus 1630 (R), olim Regius 3502, formae duodecimae, in charta bombycina saeculo XIV exaratus, in quo cum alia multa tum fol. 88r—91v fragmenta Philonea leguntur haec: fol. 88r τοῦ Φίλωνος περὶ μετανοίας: φιλάρετος καὶ φιλόκαλος—φρονίμου καὶ τὸ συμφέρον εἰς ἅπαν οὐκ ἀγνοήσαντος (Mang. II 405). sequuntur fol. 88v—90r excerpta ampliora e libro *de opificio mundi* ἐκ τῶν Φίλωνος ἐξηγήσεων ἀπανθίσματα τῶν περὶ κοσμοποιίας: Τῶν ἄλλων νομοθετῶν—ἀρχὴν τῶν νόμων ἐποιήσατο (1, 1—6)· ἡ δὲ ἀρχὴ—συνᾴδοντος (1, 9—11). — Τὸ μὲν οὖν κάλλος—ἀποσεμνύναι τοῦ μετρίου (1,13—2,16). — Τὸν δὲ κόσμον οἱ φάσκοντες—τῷ μὴ πεποιηκότι (3, 4—10). — Ἐπεὶ οὖν ὁρατὸς—γεννητικώτατος ὁ ἕξ (3,17—4,5). — Οἱ καρυατίζοντες—στερεὸν ἤδη σῶμα (16,12—16). ἔστι δὲ ὁ τούτων ἀριθμὸς ἰσάκις καὶ ἴσος καὶ ὡσανεὶ ἡμιόλιος· μέτρον τε ἰσότητος ἔχων μηδὲν διαφέρον τῶν πλανητῶν. ἀλλὰ τίς δύναται τὴν ἀκριβεστέραν κατάληψιν ἰχνηλατῆσαι τῶν δεδημιουργημένων. δεῖ δὲ τὸν κόσμον—τὸν ἕξ (4, 11—12). τὴν δὲ πρώτην οὐ καλεῖ πρώτην, ἵνα μὴ ταῖς ἄλλαις συγκαταριθμῆται (4, 17). — Προλαβὼν γὰρ ὁ θεὸς—ἀπεικονίσθη (4, 21—5, 3). εἶτα λέγει τὸν ὁρατὸν τοῦτον κόσμον πρὸς ἀόρατον ἀρχέτυπον γενέσθαι· καὶ χρῆται παραδείγματι τοιούτῳ· ἐπειδὰν πόλις κτίζηται—

τοὺς τύπους αὐτῆς (5,9—6,5). — Ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ μέγεθος—ἑκάστῳ τὸ ἐπιβάλλον (7,5—11). — Ἐπεὶ δὲ τὸ σύμπαν ὕδωρ—εἰς διαμονήν (11,17—12,6). διὸ φλέβας—ἔμελλον ἀναχεῖν (12,10—12). — Ὁ μὲν δὴ προστάττει —πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων γένεσιν (13,19—22). ἐβουλήθη γὰρ ὁ θεὸς—ἀϊδιότητος (13,24—14,1). — Τῇ δὲ τετάρτῃ ἡμέρᾳ—σοφιστείαν πρὸ σοφίας θαυμάσαντες (14,5—12)· ἵνα μηδενὶ γενητῷ—δι' ἀμαθίαν ὑπερβάλλουσαν (14, 15—17)· πρὸ ἡλίου καὶ σελήνης παντοῖα φοιτὰ καὶ παντοίους καρποὺς ἤνεγκεν (15,1—2)· οἷα γὰρ ἡνίοχος—πάντα γὰρ θεῷ δυνατά (15,5—7). — Ὅπερ νοῦς ἐν ψυχῇ—τῶν σωματικῶν ἀντίληψιν (17,15—18). — Μετὰ δὴ τὰ ἄλλα πάντα—ἡγεμόνα νοῦν (23,2—7). — Ἐπεὶ δὲ οὐ σύμπασα εἰκὼν—τρανὸν τύπον ἔχοντος (24,8—10). adiunguntur excerpta e libro *de posteritate Caini*. fol. 90ᵛ inf. Φίλωνος: πατέρα μουσικῆς καὶ τῶν κατὰ μουσικὴν πάντων ὀργάνων τὸν γεγωνὸν λόγον προσφυέστατα καλεῖ (Tischendorf *Philonea* p. 114,7) ἀντὶ τοῦ τὸν μεγαλόφωνον. — τοῦ αὐτοῦ θαυμαστὴ γνωμολογία πρὸς ἀρετὴν καὶ ἀναγκαία: σφόδρα δὲ καὶ μωσῆς ἀχθόμενος—ἐπάρατος ἐστί τε καὶ λέγεται (ibid. 107,16—109,2). fol. 91ʳ inf. τοῦ αὐτοῦ πάλιν ἕτερον θαυμαστὸν καὶ ἀξιομνημόνευτον: μωϋσῆς δὲ οὔτ' εἰς δεξιὰ—δεξιὰ οὐδὲ ἀριστερά (ibid. 113,8—21). fol. 91ᵛ τοῦ αὐτοῦ: πρεσβύτῃ γὰρ ἑτέρως ὁμιλητέον καὶ νέῳ· καὶ πάλιν ἐνδόξῳ καὶ ταπεινῷ καὶ πλουσίῳ καὶ πένητι (ibid. 116,5—6): ὅρα τὴν χρῆσιν τοῦ ταπεινοῦ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. — τοῦ αὐτοῦ: τῷ γὰρ ὄντι οἱ τὸ παράπαν πολλοῖς ᾀδόμενον ἀγαθὸν σύνθετον πλουθύγειαν (sic) στησάμενοι μικρὰ καὶ μεγάλα καὶ πάνθ' ἁπλῶς ἀνῆφθαι δοκοῦσιν (ibid. 118,3—5). — τοῦ αὐτοῦ: τίς γὰρ ἂν ἀθλητὴς πρὸς ταύρου δύναμιν ἢ ἐλέφαντος ἀρχὴν ἐξισωθείη· τίς ἂν δρομεὺς πρὸς σκύλακος ἢ λαγῳδαρίου ποδώκειαν (ibid. 134,6—8) ἀντὶ τοῦ λαγὼ ὑποκοριστικῶς. denique aliae observatiunculae adiectae sunt de vocabulis quibusdam Philoneis. τοῦ αὐτοῦ: μηδὲ οἴκαδε πολλάκις ἀφικόμενοι, ἀλλ' ἐν οἷς ἔθυσαν ἱεροῖς διαπατοῦντες (*de plantat. Noe* I 354,7 Mang.) ἀντὶ τοῦ εὐωχούμενοι: ἔοικεν οὖν ἐκ τούτου ἀναλόγως παρειλῆφθαι καὶ τὸ ἀποπατοῦντες ἀντὶ τοῦ χέζοντες. — τοῦ αὐτοῦ: αἵ τε ἀποκρίσεις ἑπτά· δάκρυα, μύξαι, σίαλον, σπέρμα, διττοὶ περιττωμάτων ὀχετοὶ καὶ ὁ δι' ὅλου τοῦ σώματος ἱδρώς (*leg. alleg.* I § 13). — τοῦ αὐτοῦ: λειφαιμία (*de aetern. mundi* p. 38,15 Cumont) ἀντὶ τοῦ ἔλλειψις τοῦ σώματος. — τοῦ αὐτοῦ: λογοφίλην (*leg. alleg.* I § 74 p. 80,22) ἤγουν τὸν περὶ λόγους ἠσκημένον καὶ ἱκανὸν ἑρμηνεύειν τὰ νοούμενα. — τοῦ αὐτοῦ: τὸ δὲ σῶμα οὐχ οἷον οὐ συνεργεῖ πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ καὶ κωλυσιεργεῖ

(ibid. § 103) ἀντὶ τοῦ ἐμποδίζει τῷ ἔργῳ. — τοῦ αὐτοῦ: ὅστις θάνατός ἐστι ψυχῆς ἐντυμβευομένης πάθεσι καὶ κακίαις ἁπάσαις (ibid. § 106) ἀντὶ τοῦ ἐνταφιασμένης. — ὁ αὐτὸς συνεχῶς χρᾶται τῷ ἐπιλήπτοις πράξεσιν ἀντὶ τοῦ ἐπιληψίμοις καὶ ἐπιψόγοις. — τοῦ αὐτοῦ: καὶ μὴν τὰ μὲν φυτὰ κατωκάρα ἀπειργάζετο (*de plantatione* I 332,16 M.) τὸ λεγόμενον παρὰ τοῖς ἰδιώταις κατακέφαλα. — τοῦ αὐτοῦ: τούτου γίνεται μαθητρὶς καὶ διάδοχος ἄννα (*quod deus sit immutabilis* I 273, 24 M.). — ὁ αὐτὸς λέγει καὶ τὸ χρεῖος συνεχῶς ἀντὶ τοῦ ἐνδεὴς καὶ ἐν χρείᾳ.

Doctus ille homo qui codicem R exaravit (nam doctum eum fuisse perspicuum est) exemplo Philonis operum usus est antiquo et optimo, quod cum alia scripta Philonea continebat tum librum *de posteritate Caini*, quem integrum solus omnium quotquot supersunt codicum Vaticanus U servavit, atque opusculum *de paenitentia* suo titulo περὶ μετανοίας instructum habebat sicut optimi codices Seldenianus et Parisinus 435, cum in ceteris codicibus cum opusculis *de iudice* et *de humanitate* conglutinatum sit. scripturae forma exempli illius ad codices melioris notae proxime accessit, si quidem in excerptis e libro *de opificio mundi* R plerumque memoriam meliorem prodit nec raro vel cum optimo codice V consentit, ubi ceteri codices corruptam exhibent scripturam. exemplum maxime familiae UF cognatum videtur fuisse.

De codice N

2. Neapolitanus II C 32[1]) (N), chartaceus, formae quartae minoris, saec. XV, continet fol. 150—190 varia excerpta e multis Philonis libris, quae descripsit Wendland. in hoc volumine primo excerpta tria sunt adhibita, unum e libro *de opificio mundi* § 6 ὡς γὰρ τῶν κολοσσιαίων μεγεθῶν—ὅπερ οὐκ ἄξιον ὑποσιωπῆσαι (p. 2,6—11), alterum e *legum allegoriarum* libro I § 59 τὸ δὲ ξύλον τῆς ζωῆς — τὴν καρδίαν ξύλον εἶναι εἰρῆσθαι (p. 75,22—26), tertium e libro *de sacrificiis Abelis et Caini* § 26—33 τούτων ἀκούσασα ἑτέρα—γήθει τε καὶ εὐφραίνεται (p. 212,4—216,7). scriptura codicis N tantum non ubique cum familia UF conspirat, ut et illud exemplum quo hic excerptor usus est ad eam familiam pertinuisse iudicandum sit. accedit quod ea quae in initio opusculi *de mercede meretricis* vulgo exstant excerptor codicis N in medio libro *de sacrifi-*

[1]) non II C 33, ut signatus est a Salv. Cyrillo *Codices graeci mss. bibl. Borbonicae* II p. 5.

cantibus legit i. e. eodem loco quem occupant in codice F (cf. Wendland *Neu entd. Fragm. Philos* p. 138).

Codex Palatinus Heidelbergensis graecus 129 (bombyc. saec. XIV) fol. 14ʳ—17ᵛ et 24ʳ—28ᵛ et 31ʳ e variis Philonis libris excerpta continet, quae descripsit vel cum textu Philoneo contulit ac nobiscum liberalissime communicavit Maximilianus Treu. ex hoc codice in libro *de opificio mundi* (§ 166 p. 58,11) genuinam scripturam καὶ τὸ ὅμοιον ἐνεργαζόμεναι πάθος revocavi. excerpta reliqua postquam nihil novi afferre nobis persuasimus, omnino neglegenda nec singula notatu digna duximus. De codice Palatino 129

Excerpta nonnulla e duobus codicibus bibliothecae Vaticanae protulit I. B. Pitra cardinalis (*Anal. Sacra* II p. 310. 311). codex Reginensis graecus 40 (bombyc. saec. XIII), qui catenam patrum in Psalmos continet, ad Ps. CIII v. 21. 22 hanc praebet adnotationem: Φίλωνος: ζητοῦσιν βρῶσιν ψυχαὶ αἱ ἄξιον θεοῦ λόγον ἔχουσαι ἐκ τοῦ διανεστηκέναι τῷ φρονήματι καὶ τὸ πολίτευμα ἔχειν ἐν οὐρανοῖς. ὥσπερ γὰρ ἀνατείλας ὁ ἥλιος τὸν ζόφον τοῦ ἀέρος φωτὸς ἐνέπλησεν, οὕτως καὶ ἀρετὴ ἀνατείλασα ἐν ψυχῇ τὴν ἀχλὺν αὐτῆς αὐγάζεται καὶ τὸ σκότος σκεδάννυσιν, καὶ τὰ τῶν παθῶν θηρία κοιμίζει: ubi verba ὥσπερ γὰρ ἀνατείλας ὁ ἥλιος — καὶ τὸ σκότος σκεδάννυσιν e Philonis *legum allegoriarum* lib. I § 46 (p. 72,17—20) desumpta sunt. codex Urbinas graecus 125 (chart. saec. XIII—XIV) fol. 306ᵛ excerpta quinque e Philone exhibet haec: 1. λέγω δὲ μὴ καθαροὺς — ἀπιστοῦσι τοῖς ἐν ἡμέρᾳ ζῶσιν (*quod omnis probus liber sit* II 445,19—446,7 Mang.). 2. οὐ παντός ἐστι κτῆμα σωφροσύνη, ἀλλὰ μόνου τοῦ θεοφιλοῦς (*leg. alleg.* II § 79 p. 106, 10). 3. ἡδονῇ ἐναντίον σωφροσύνη· ποικίλῳ πάθει ποικίλη ἀρετή (ibid. p. 106, 5). 4. ὄντως ὑπὸ θεοῦ σῴζεται — ἵνα θεοῦ σωτηρίαν περιμείνασα εὐδαιμονήσῃ (ibid. § 101 p. 110,30—111,3). 5. ἐὰν ἀπάθεια κατάσχῃ τὴν ψυχήν, τελέως εὐδαιμονήσει (ibid. § 102 p. 111,8). — praeterea fol. 308ᵛ exstat excerptum a Pitra omissum hoc: 6. φίλωνος: ὄψεως κάλλει καὶ τῇ περὶ λόγους χάριτι ἐπόρθει τοὺς κεκτημένους. ἑλεπόλεις γὰρ ταῦτα ψυχῶν ἀνιδρύτων καὶ ἀνερματίστων μηχανημάτων ἁπάντων σθεναρώτατα (*quod omnis probus liber sit* II 451,22—26 Mang.). 7. sequitur fragmentum alibi, ut videtur, non traditum, quod an Philonis sit dubito: ἡ τῆς ἀρχῆς ἐξουσία, εἰ μὴ κέκραται ἡμερότητι καὶ ἐπανθεῖ αὐτῇ ἡ θεῷ διακονοῦσα πρόνοια, ἀπονοίας μᾶλλόν ἐστιν ἀγριότης. εἰ δὲ τῷ πρᾴῳ μιγείη καὶ τούτῳ ἰθύνοι τὸ δίκαιον, καὶ εὐθύτης ἐστὶ καὶ χρηστότης καὶ ὁδὸς εὐνομίας καὶ πραγμάτων γαλήνη. De Reginensi 40 et Urbinate 125

Codex Escurialensis X I 13 (bombyc. saec. XIV) continet fol. 226r 226v 228r 228v 229r 234r 234v 236v 238v varia excerpta Philonea. primum incipit: ἐκ τῶν τοῦ ἑβραίου φίλωνος. εἰλικρινὲς οὐδὲν τῶν ἐν αἰσθήσει (*de opificio mundi* § 31 p. 10,4). ἐβουλήθη ὁ θεὸς δολιχεύειν τὴν φύσιν κτλ. (ibid. § 44 p. 13,24). sequuntur excerpta e Philonis libris περὶ ὧν ἱερουργοῦσιν Ἄβελ τε καὶ Κάϊν, περὶ καταστάσεως ἀρχόντων, περὶ γεωργίας, ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον, νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον, περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον εἶναι, περὶ τῶν θεοπέμπτων ὀνείρων. cf. E. Miller *Catalogue des mss. grecs de l'Escurial* p. 296. certiora de hoc codice comperire non potui.

De excerptis quae in opusculo περὶ κόσμου exstant in praefatione vol. II agetur.

De excerptis Philoneis ab antiquis scriptoribus servatis

Scriptores ecclesiastici inde a Clemente Alexandrino multi Philonis libros adhibebant et compilabant, quorum testimonia propter antiquitatem gravissimi momenti esse ad verba scriptoris emendanda facile perspicitur. atque Clementem Alexandrinum inprimis in Stromatum libris Philonis verba saepius tacite exscripsisse vel in usum suum convertisse satis constat et a Clementis editoribus plerumque adnotatum est. equidem omnes locos, qui quidem ad Philonis verba alludunt, colligere studui et adscripsi. cf. p. 172,25. 226,14. 236,14. 241,10 et 15. 242,9. 272,7. adde Clem. Alex. Strom. V 648 P. τῷ δὲ Ἀβραὰμ πιστεύσαντι δικαιοσύνη ἐλογίσθη — ἐξειλεγμένος δὲ ὁ τοῦ σπουδαίου νοῦς. quem locum ad verba Philonis *de Cherubim* § 4 sqq. p. 171,6—21 adscribendum fuisse sero vidi. atque hoc loco verba corrupta textus Philonei (quae corrupta esse adhuc ne cognitum quidem est) e Clemente feliciter emendari possunt. etenim pro verbis πατὴρ δὲ τούτου ὁ νοῦς ἐπειλημμένος τοῦ σπουδαίου teste Clemente scribendum esse πατὴρ δὲ τούτου ὁ νοῦς. ἐξειλεγμένος δὲ ὁ τοῦ σπουδαίου nunc mihi persuasum est, si quidem agitur de explicanda interpretatione nominis Abrahami πατὴρ ἐκλεκτὸς ἠχοῦς. aliis quoque locis Clementem textum Philonis genuinum et incorruptum exhibere nemo mirabitur. velut p. 241,11 quod in Pap UF scriptum est οἱ ἐχῖνοι (contra ἐκεῖνοι codd. cet.) Clementis testimonio confirmatur. Clementis exemplum secutus Origenes, cum allegoricam Scripturae sacrae interpretationem vehementissime amplexus esset, in commentariis suis ad Philonem se proxime adiunxit, sed ut magis doctrina et sententiis eius quam verbis uteretur.

quare ad artem criticam in Philone exercendam Origenis opera non multum conferunt. accedit quod Origenis ea scripta quae maxime huc pertinent aetatem non tulerunt. fortasse aliquando cum eius librorum fragmenta e catenis florilegiisque accurate collecta erunt, quantopere a Philone pependerit clarius patebit.

Inter testes antiquissimos textus Philonei locum primarium obtinet De Eusebio Eusebius Pamphili, qui multa et satis ampla excerpta e variis Philonis libris ad verbum transcripta servavit. atque in hoc volumine duo excerpta e libro *de opificio mundi* adhiberi potuerunt, unum Praepar. evang. lib. VIII cap. 13 (*de opif. m.* § 7—12) traditum, alterum Praepar. evang. lib. XI cap. 24 (*de opif. m.* § 24—27 ἐποίησε τὸν οὐρανόν, § 29—31, § 35. 36). Eusebii codices Bononiensem bibliothecae Universitariae 3643 (chart. saec. XIII, partim saec. XV) et Laurentianum plut. VI cod. 9 (chart. a. 1344 scr.) contulit Wendland, qui adeo inter se consentiunt, ut hunc ab illo descriptum esse certum videatur; quod ad ceteros codices attinet, in Gaisfordii apparatu critico acquiescendum fuit. forma textus Philonei ab Eusebio in excerptis illis tradita per omnia fere cum codice Vindobonensi (V) conspirat, id quod nemini mirum videbitur, quandoquidem codicem V ex antiquo exemplo Euzoii episcopi auspiciis in bibliotheca Caesariensi perscripto deductum esse novimus et Eusebius eiusdem bibliothecae papyris Philoneis sine dubio usus est. itaque bonas et incorruptas lectiones Eusebio et codici V communes esse videmus hasce: p. 2,14 ἀνάγνως. 3,4 ὃν οἱ φάσκοντες. 8,6 τὴν ἀρχήν. 9,6 τὴν δ' ἄβυσσον. 9,10 ἠξιοῦτο. 9,15 ὀφθαλμῶν. ibid. τὸ δὲ ἀόρατον καὶ νοητὸν φῶς ἐκεῖνο. 10,1 ἀρύτονται. 10,23 ἐπεί. 11,1 ἀνεχώρησεν. 11,8 προσηγόρευσεν. 11,11 ἀντιθείς. nec non vitia quaedam et apud Eusebium et in codice V comparent, unde iam in papyris vetustissimis textum Philonis corruptum et correcturis infectum fuisse apparet ac postea rursus a viris doctis emendatum esse veri simile videtur. ut p. 2,18 apud Eusebium et in codice V (et M) legitur ἔγνω διότι ἀναγκαιότατόν ἐστιν, cum ceteri codices emendatam scripturam exhibeant ἔγνω δὴ ὅτι ἀναγκαιότατόν ἐστιν. 3,2 παθητικὸν V Eus pro παθητόν. 3,10 περιμάχητον V Eus cum MABP (ἀπεριμάχητον recte FGH). 9,8 καὶ πάντα ὅσα V Eus pro καὶ πάντων ὅσα. 9,12 ὑπερβάλλον καλόν V Eus pro ὑπερβαλλόντως καλόν. 10,3 οὗ ἂν V Eus pro ὅταν. 11,12 στερεὸν V Eus pro στερέωμα. interdum Eusebius ipse, si

codicibus eius fides habenda est, verba Philonis corrupit vel incuriose descripsit: 3,8 καὶ βλαβερά om. 3,9 ὅσα δὲ pro τὰ δὲ ὅσα. 3,12 φόβον pro ἔφορον. 3,16 συγγενῆ pro συγγενές. 3,17 γένεσιν om. 7,11 γυμνότερον pro γυμνοτέροις. 7,12 εἶναι om. 11,3 καλῶς ποιῶν pro ὁ ποιῶν.

De Ambrosio

Maxime omnium scriptorum ecclesiasticorum Philonem usurpavit Ambrosius episcopus Mediolanensis, quem in scriptis quibusdam quasi latinum Philonem esse dixeris. rem inde a Benedictinis congregationis S. Mauri doctissimis Ambrosii editoribus saepe observatam multi obiter tetigerunt[1]), accurata et plena disquisitione adhuc nemo tractavit. comparationem autem subtilem inter Philonem et Ambrosium institutam utriusque memoriae valde profuturam certo sperandum est, et maxime ni fallor Ambrosii textui; nam multis Ambrosii locis, qui nimis obscuri videantur iis qui Philonis ex quo desumpti sunt methodum non satis norunt (ut recte animadverterunt Benedictini), quasi lux affulget e Philone. nominatim Philonem Ambrosius laudat uno loco (*de Paradiso* 4,25), interdum eum perstringit ubi explicationem eius impugnat, alibi tacite non tam exscripsit quam imitatus est; neque enim ita eum compilavit, id quod apud veteres scriptores saepe fieri solebat, ut verba singula singulis redderet, sed ut expositiones eius et sententias quas arripuit et in usum suum convertit ad arbitrium suum et ad doctrinam Christianam accommodaret, exemplis e novo Testamento haustis exornaret, praeceptis suis moralibus et asceticis amplificaret. Philonis librorum usus apud Ambrosium latissime patet. haud paucis locis Maurini Philonis libros iam adnotaverunt, unde illi sumpti essent. nec minus Mangey in editione sua Philonis multos Ambrosii locos similes adscripsit. tum vero I. B. Aucher cum Philonis Quaestionum in Genesin et Exodum opus primum in lucem ederet, laetus ac mirabundus paene totum illud ab Ambrosio expilatum esse cognovit. ac re vera maxime huius operis Philonei vestigia in Ambrosii scriptis comparent, ut ad hoc restituendum

---

[1]) C. Siegfried *Philo* p. 371—391. Th. Förster *Ambrosius Bischof von Mailand* (Halle 1884) p. 102—112. M. Ihm, Annal. philol. t. 141 (1890) p. 282—288. I. B. Kellner *Der heilige Ambrosius Bischof von Mailand als Erklärer des Alten Testaments* (Regensburg 1893) passim.

praeter versionem Armeniam et fragmenta graeca quae supersunt Ambrosii excerpta non parvam praebeant utilitatem. praeter Quaestiones cum alios libros Philonis passim adhibuit tum librum *de sacrificiis Abelis et Caini*, quem integrum fere in libris suis *de Cain et Abel* ita expressit, ut ordinem libri Philonei tantum non ubique secutus sententias maximam partem latine interpretatus sit. quod quomodo fecerit, in unaquaque fere pagina huius editionis illius libri perspicere licet. Philonem ab Ambrosio inprimis in scriptis exegeticis adhibitum esse consentaneum videtur. eodem auctore in epistulis quibusdam eum usum esse sero cognovi; etenim eorum quae in epistulis XLIII. XLIV. XLV tractantur multa e Philonis libro *de opificio mundi* mutuatus est Ambrosius (cf. Addenda). in libris *Hexaemeron* et *de Paradiso* quae ad Philonis doctrinam et explicationem alludunt pleraque e Philonis Quaestionibus hausta sunt, aliquot tamen locis *de opificio mundi* et *legum allegoriarum* libros videtur inspexisse. cf. adnot. ad p. 14, 12. 21, 5. 57, 12. 72, 14. 77, 12. 79, 4. 8. 80, 6. 19. 85, 2. 92, 21. Ambrosii verba laudavi secundum Mignei textum ex editione Maurina expressum. in Corpore Vindobonensi Ambrosii opera nondum lucem vidisse summopere doleo; certo enim sperandum est apparatu critico adhibito textum ea qua par est cura tractatum multo emendatiorem prodituram. interim equidem textum quamvis corruptum usurpare coactus hic illic correcturam temptavi, quin multo saepius e Philone corrigi possit nullus dubito. rursus Ambrosius utpote unus antiquissimus memoriae Philoneae testis ad verba Philonis emendanda nonnihil confert. certe bonas quasdam scripturas alibi traditas Ambrosii testimonio confirmari nihil mirum. ut *de sacrificiis Abelis et Caini* § 50 (p. 222, 6) scripturam Pap UF recte se habere τοῦ περιττοῦ Ἰοθόρ confirmat Ambrosius verbis *Ietro qui dicitur superfluus*. § 65 (p. 229, 2) ὀξυκινητότερον Pap UF, *omni gladio acutius* Ambrosius. § 107 (p. 246, 1) ἀπὸ τῶν ἄρτων Pap UF, *de panibus* Ambrosius. § 133 (p. 255, 11) παρέδωκεν αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ MAGHP, *dedit eum in manus eius* Ambrosius. § 134 (p. 255, 18) κατ' ἐκεῖνον μόνον τὸν χρόνον UFL², *non ad unum diem* Ambrosius.

Excerpta Philonea permulta et utilissima reperiuntur in Ioannis Damasceni quae feruntur Sacris Parallelis (D). de forma pristina De Sacris Parallelis (D)

huius operis eis quae post Wachsmuthium et Wendlandium[1]) Fr. Loofs et ego[2]) nuper disputavimus nunc satis constat. saeculo ut videtur sexto amplissimum florilegium Christianum compositum est in tres libros divisum, quorum primus utriusque Testamenti et veterum patrum eas sententias complectebatur quae ad res divinas pertinent, alter eas quae statum rerum humanarum tractant, tertius eas quibus de virtutibus et vitiis agitur. uniuscuiusque libri tituli (seu capita) ordine alphabetico digesti sunt. libri I et II uno nomine inscripti fuerunt τὰ ἱερά, liber III titulum habuit τὰ παράλληλα. libri primi servatus est unus codex Coislinianus 276 sic inscriptus: Ἰωάννου πρεσβυτέρου καὶ μοναχοῦ τῶν ἐκλογῶν βιβλίον πρῶτον. libri secundi recensionem continet codex Vaticanus 1553 hunc titulum prae se ferens: Λεοντίου πρεσβυτέρου καὶ Ἰωάννου τῶν ἱερῶν βιβλίον δεύτερον. libri tertii forma pristina in nullo codice adhuc reperta est. ceteri Sacrorum Parallelorum codices omnes florilegii in unum alphabetum contracti varias recensiones continent. praeter Scripturam sacram et patres ecclesiasticos Philonis et Iosephi opera excerpta esse verbis expressis testantur auctores. etenim in fine praefationis τῶν ἱερῶν haec leguntur: Ἰστέον δὲ ὡς καὶ ἀπὸ τῶν τοῦ Φίλωνος καὶ Ἰωσήπου συνταγμάτων ἠθροίσθησαν γνῶμαι εἰς κλέος τῆς παρ' ἡμῖν ἀληθείας καὶ ὑπὸ δυσμενῶν ἀνευφημουμένης. et in prologo τῶν παραλλήλων haec: Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν Φίλωνος καὶ Ἰωσήπου συνταγμάτων ἠθροίσθησαν γνῶμαι εἰς κλέος τῆς παρ' ἡμῶν ἀληθείας. Ἑβραῖοι δὲ ἄμφω καὶ λόγιοι ἄνδρες· διὸ προσήκειν (προσέχειν?) δεῖ μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς διηγήμασι καὶ ἀποφθέγμασι τούτων, ὡς οὐ μόνον τοῦ σκοποῦ τῶν παρ' ἡμῖν πιστοτάτων καὶ μακαρίων ἀνδρῶν οὐδ' ὅλως διαμαρτάνουσιν· ἀλλά γε καὶ πολλὴν τὴν ἰσότητα καὶ ὁμοιολεξίαν ἔν τε λόγοις καὶ ἤθεσι ἐπιδείκνυνται, βεβαιοῦντα μᾶλλον, οὐκ ἐλαττοῦντα τούτων, παρὰ τοῦ πνεύματος ῥηθησόμενα λόγια. Michael Lequien qui primus Sacra Parallela graece edidit duos codices adhibuit, unum Vaticanum (1236), quem integrum expressit, alterum Rupefucaldinum, e quo capitum titulos et selectas sententias tantum publici iuris

[1]) C. Wachsmuth *Studien zu den griech. Florilegien* p. 1—44. P. Wendland *Neu entdeckte Fragm. Philos* p. 18—20.

[2]) Friedr. Loofs *Studien über die dem Johannes von Damaskus zugeschriebenen Parallelen*, Halle 1892. Cohn in *Jahrbücher für protestantische Theologie* t. XVIII (1892) p. 480 sqq.

fecit. nos excerpta Philonea ex omnibus codicibus quorum usum adipisci licuit colligere et excutere studuimus. hos igitur codices usurpavimus ex iisque Philonea exscripsimus:

D^C = Coislinianus 276, olim monasterii S. Laurae montis Athus, membranaceus in quarto, saec. X, fol. 278, continet, ut iam dixi, τῶν ἱερῶν librum primum. cf. Loofs l. l. p. 15sqq. primus hunc codicem adhibuit et fragmenta Philonea quaedam ex eo edidit I. B. Pitra *Anal. Sacra* II p. 304—310. equidem e codice Vratislaviam liberalissime transmisso Philonea omnia descripsi.

D^K = Vaticanus graecus 1553, olim Cryptoferratensis, membranaceus, saec. XIII, continet τῶν ἱερῶν librum alterum. cf. Wendland l. l. p. 18. Loofs l. l. p. 9sqq. huius codicis capitulorum titulos et selecta fragmenta publici iuris fecit A. Mai *Scriptor. vet. nov. collect.* t. VII p. 74—109 (= Migne *Patrol. gr.* t. 86,2 Col. 2017sqq.). Philonea omnia transcripsit vel contulit Wendland.

D^P = Parisinus graecus 923, membranaceus, formae maximae, fol. 394, litteris uncialibus saec. IX binis columnis elegantissime scriptus, titulis rubricatis et inauratis distinctus, imaginibus sanctorum et aliorum pictis ornatus. praemissus est index capitum sic inscriptus: ΤΑΔΕ ЄCΤΙΝ ЄΝ ΤΗΔΕ ΤωΝ ΠΑΡΑΛΛΗΛωΝ ΒΙΒΛωΙ. codicem Parisiis inspexi et Philonea nonnulla contuli anno 1891. primus adhibuit et excerpta Philonea ut videtur omnia excussit J. Rendel Harris (*Fragments of Philo Iudaeus* p. VIII sqq. 89—95).

D^M = Venetus Marcianus graecus 138, membranaceus in folio, saec. XI, continet eandem florilegii alphabetici recensionem quam D^P. index titulorum inscriptus est Κεφάλαια τῆς βίβλου τῆς ἐπονομαζομένης τὰ παράλληλα τοῦ Δαμασκηνοῦ Ἰωάννου, ἥτις ἐκτέθειται κατὰ ἀριθμὸν τῶν κδ' στοιχείων. Philonea contulit Wendland.

D^R = Rupefucaldinus i. e. codex Phillippicus 1450 nunc Berolinensis, olim Claromontanus 150 (collegio societatis Iesu Claromontano Parisiensi a Rupefucaldo cardinali donatus), deinde Meermannianus 94, anno 1888 e bibliotheca Thomae Phillipps Cheltenhamensi in bibliothecam regiam Berolinensem traductus, mem-

branaceus in folio, saec. XII, fol. 290, continet florilegii alphabetici recensionem copiosissimam hoc titulo inscriptam: Ἰωάννου πρεσβυτέρου καὶ μοναχοῦ τοῦ Δαμασκηνοῦ τῶν ἐκλογῶν βιβλίον α' καὶ β'. primus hoc codice pretiosissimo usus est Lequien, qui indicem capitum et selectas sententias edidit Ioann. Damasc. operum t. II p. 731 sqq. (= Migne *Patrol. gr.* t. 96 Col. 441 sqq.). deinde Mangey ex eo excerpta Philonea adhibuit et fragmenta edidit (Philon. op. t. II p. 660 sqq.). tum postquam diu codex in tenebris latuit, denuo J. R. Harris Cheltenhami eum detexit et fragmenta Philonea pleraque collegit. nos codice diligentissime excusso omnia excerpta Philonea descripsimus, ego usque ad fol. 67r, cetera Wendland.

D^L = Laurentianus plut. VIII cod. 22, chartaceus, saec. XIV, de quo cf. Wachsmuth l. l. p. 2, continet duo diversa florilegii alphabetici fragmenta: primum fol. 1—45 post tabulam titulorum totius florilegii litterae A prima 28 capita, quae cum codice Rupefucaldino fere conspirant, deinde fol. 46—73 cum titulo βίβλος περιέχουσα τὰ τῶν παραλλήλων κεφάλαια ἐκ τῆς θείας γραφῆς συλλεγέντων καὶ συνταχθέντων κατὰ στοιχεῖον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ post indicem capitum omnium litterae A 43 capita, quae cum D^P et D^M consentiunt. Philonea contulit Wendland.

D^V = Vaticanus graecus 1236, chartaceus, saec. XV, tria volumina comprehendens, quo codice usus Lequien Sacra Parallela edidit Ioann. Dam. op. t. II p. 274 sqq. (= Migne *Patrol. gr.* t. 95 Col. 1033 sqq.), continet florilegii alphabetici recensionem valde truncatam. Philonea denuo contulit Wendland.

D^N = Venetus append. graec. class. III, 4. 88, 3, olim Nanianus 228, chartaceus, saec. XVI, conspirat fere cum D^V.

Forma scripturae quae in D comparet plerumque cum Philonis codicibus melioris notae congruit, etsi verba scriptoris interdum, ut in sententiis e conexu suo diremtis facile fieri solet, paululum immutata sunt: velut *de opificio mundi* § 20 p. 6, 10 τίς ἂν εἴη τῶν δυνάμεων τοῦ θεοῦ τόπος ἕτερος . . . δέξασθαι καὶ χωρῆσαι ἢ ὁ θεῖος λόγος, ubi τοῦ θεοῦ pro αὐτοῦ scriptum est et in fine verba ἢ ὁ θεῖος λόγος addita sunt, et § 23 p. 7, 7 οὐχ ὡς πέφυκεν pro οὐ γὰρ ὡς πέφυκεν et quae sunt si-

milia. generis diversi sunt glossemata quaedam qualia leguntur *legum alleg.* I § 102 p. 88, 2 σοφὸν μὲν καὶ πιστὸν εὑρεῖν ἕνα μόνον ἔργον et *de Cherubim* § 29 p. 177, 10 ἀγάπην (φιλοφροσύνην codd.) καὶ εὐλάβειαν θεοῦ κτήσῃ, quae correcturae sive interpolationes sine dubio manum pii monachi cuiusdam produnt. sed plerumque textus Philonei veram formam servatam et memoriam genuinam traditam videmus. cuius rei documentum praeclarissimum hoc est, quod in sententiis e libro *de sacrificiis Abelis et Caini* desumptis D ubique fere meliorem memoriam prodit in Pap UF servatam. cf. p. 207, 6. 7 τὴν τῶν εὐλόγων . . . χαίρειν ἐῶντι. 218, 15 ἀγαθοῦ. 247, 10 τελείαις (Pap D). nec raro genuinam scripturam excerpta in D recepta suppeditant, ubi libri manuscripti corruptelam passi sunt. ut *de opificio mundi* § 105 p. 37, 18 ἐτέων, quod codices omittunt, e D recuperavi, § 139 p. 48, 14 indidem τούτου pro τοῦτον. *legum allegor.* I § 91 p. 85, 8 σῶμα, quod hoc loco libri manuscripti perperam addunt, recte in D omissum est. *de Cherubim* § 83 p. 190, 16 ὀνομάζονται D recte, νομίζονται codices. *quod deterius potiori insidiari soleat* § 136 p. 289, 2 οὔτε ἐπὶ D pro ἤ. sed maximo cum fructu Sacra Parallela adhibentur in recensendo *legum allegoriarum* libro tertio, ubi textus familiis A et H tantummodo nititur et meliorum codicum subsidio destituti sumus. in hoc maxime libro multis locis verba scriptoris in codicibus corrupta vel mutilata excerptis D usurpatis feliciter emendare contigit. cf. § 4 p. 114, 8 εὑρίσκεται. § 47 p. 123, 13—17 ὦ διάνοια, ζητοῦσα, ἐφανέρωσεν, ἀτελῆ. § 78 p. 129, 26 ἓν τοῦτο. p. 130, 1 θεοῦ δὲ κτῆμα τὰ πάντα. p. 130, 3 καὶ χάρις ⟨τοῦ⟩ θεοῦ. p. 130, 4 καὶ χάρισμα. § 80 p. 130, 12 λέγω. p. 130, 13 δεύτερος om. p. 130, 14 οὐκ ἐπιτάττει μᾶλλον ἢ πείθει, ἔπειτα. p. 130, 16 ὁ ὀρθὸς λόγος. § 106 p. 137, 4 ἴασίν τε καὶ ἐπανόρθωσιν. § 163 p. 148, 23 ἔπειτ' ἐστὶν ἄμεινον τὰ κτλ. § 164 p. 148, 25 μετιών, καὶ ἀνελπιστίαν (unde facile καὶ ἀπιστίαν restitui). p. 149, 1 ἀνοίας. p. 149, 2 μὴ καὶ αὖθις. § 166 p. 149, 15 πλεονεξίας γάρ. denique excerpta D utilissima sunt eo quod titulorum operum Philonis formas saepe meliores laudant quam quae in libris manuscriptis exhibentur.

Cum Sacris Parallelis artissime cohaerent g n o m o l o g i a quaedam sacroprofana, quae praeter versus et locos morales poetarum et scriptorum qui dici solent classicorum e florilegiis profanis excerptos sententias

continent e Scripturis sacris et scriptoribus ecclesiasticis collectas in eisque fragmenta Philonea, quorum pleraque in Sacris Parallelis vel eadem vel etiam uberiora leguntur, ut ex eis illa omnia hausta esse dubitari non possit. fusius ea de re Antonius Elter in historia gnomologiorum graecorum disseret[1]). itaque collectiones eius generis quibus usi sumus enumerare hoc loco satis habeo.

Flor. Par. = Florilegium codicis Parisini 1168 (saec. XIV) adhuc ineditum. notitiam excerptorum Philoneorum Eltero debemus, cuius numeros quoque adhibuimus. cf. *leg. alleg.* I § 73. II § 65. III § 10. *de sacrif. Abelis et Caini* § 135.

Max. Ecl. = Maximi Confessoris quae feruntur Eclogae (Migne *Patrol. gr.* t. 91 Col. 721sqq.). excerpta Philonea insunt eadem quae in Florilegio Parisino. codices exstant permulti (cf. Wachsmuth l. l. p. 104). equidem excerpta Philonéa descripsi e codice Berolinensi Phillipp. 1609 (membran. saec. XI).

Anton. Mel. = Antonii monachi Melissa (ed. Gesner, Tiguri 1546. Migne *Patrol. gr.* t. 136 Col. 765sqq.). continet aliquanto plura Philonea quam Flor. Par. et Maximus in eisque nonnulla quae et in ceteris gnomologiis et in Sacrorum Parallelorum codicibus (quos quidem usurpavimus) desiderantur. Antonii locos Philoneos laudavi secundum editionem Mignei.

Mel. Barocc. = Melissa Barocciana sive gnomologium codicis Barocciani 143 (membr. saec. XII). excerpta Philonea a me descripta pleraque in Sacris Parallelis vel in Flor. Par. et Max. Ecl. redeunt. idem gnomologium exstat in codice Monacensi graeco 429 (scr. anno 1346) sive Melissa Augustana, de qua cf. Wachsmuth l. l. p. 106, praeterea in codice Patmiaco 6 (membr. saec. XII) et in codice Hierosolymitano 255 (saec. XV/XVI). cf. quae dixi in Philol. t. LI p. 273.

Io. Georgid. = Ioannis Georgidis gnomologium (e codice Parisino 1166 ed. Boissonade *Anecd. Gr.* I p. 1—108). codicem Laurentianum VII 15 (membr. saec. XI) contulit Wendland.

---

[1]) interim cf. C. Wachsmuth *Studien zu den griech. Florilegien* p. 90 sqq. et H. Schenkl in *Sitzungsber. d. philos.-hist. Classe der Akad. d. Wiss. zu Wien* t. CXV p. 459 sqq.

huc pertinet etiam codex Laurentianus VIII 22 (D^L), qui praeter duo fragmenta Sacrorum Parallelorum supra commemorata fol. 74—125 et fol. 126—189 duo fragmenta gnomologii sacroprofani cuiusdam exhibet. cf. Wachsmuth l. l. p. 2. Philonea contulit Wendland.

De forma textus Philonei his gnomologiis tradita idem valet quod de excerptis D supra dixi, si quidem sententiae sacrae quotquot in eis exstant (quibus excerpta Philonea adiungenda sunt) ad unam omnes e Sacris Parallelis fluxerunt. utilissima esse excerpta D in *legum allegoriarum* libro tertio recensendo supra docui. uno loco qui non exstare videtur in Sacris Parallelis adhuc cognitis ex Antonii Melissa codicum Philoneorum scriptura corrupta emendari potuit (§ 16 p. 117,1 πολλάκις περιτρέπουσιν).

Denique hoc loco commemorandum est

Flor. Laur. = Florilegium viginti quinque sententiarum Philonearum codice Laur. LVII 12 (saec. XV) fol. 122r et codice Vaticano 1354 (saec. XV) fol. 119r [1]) traditum. praefixus est hic titulus: ἐκ τοῦ Φίλωνος τοῦ Ἑβραίου περὶ οὗ εἴρηται· ἢ Φίλων πλατωνίζει ἢ Πλάτων φιλωνίζει. e priore descriptum et collatum cum altero codice S. Reiter hoc florilegium nobiscum communicavit. nr. 23 haec legitur sententia: διττὸν τὸ ἄλογον, τὸ μὲν παρὰ τὸν αἱροῦντα λόγον, ὡς ἄλογος ὁ ἄφρων, τὸ δὲ κατὰ στέρησιν λόγου, ὡς τῶν ζῴων τὰ μὴ λογικά, deprompta ex libro *de sacrificiis Abelis et Caini* § 46 p. 220,19—21 (quam per oblivionem in editione non adnotavimus). sequitur nr. 24 sententia κακίας ἔξοδος—ἐπεισέρχεται (ibid. § 135 p. 256, 5—7) consentiens cum testimoniis in editione allatis. idem florilegium exstat in codice Neapolitano III A 15 (saec. XV) fol. 116: cf. Cyrilli Catal. codd. gr. bibl. Borbon. II p. 211.

Praeter scriptores laudatos vix quisquam dedita opera Philonem videtur adhibuisse. nam Gregorius Nyssenus Nemesius Chalcidius, quorum nomina in hoc volumine uno alterove loco excitata reperiuntur, non ipsi Philonis opera videntur adiisse. nec non dubitari potest de Ioanne Laurentio Lydo, qui *de mensibus* lib. II cap. 8 et 11 de nu-

[1]) cf. quae de his codicibus H. Schafstaedt in dissertatione de Diogenis epistulis (Gottingae 1892) disputavit.

meris quaternario et septenario nonnulla docet quae ad verbum cum Philonis doctrina in libro *de opificio mundi* exposita conspirant. quod olim existimavi Lydum ibi Philonis librum compilasse, nunc praefracte contendere non ausim. nam consensus sic etiam explicari posse videtur, ut aut Lydus compendio mathematico usus sit eodem quod Philo adhibuerit aut scriptor compendii a Lydo compilati e Philonis libro hauserit. utut res se habet, et Lydi verba varie corrupta e Philone et Philonei textus vitia quaedam e Lydo emendare licet: nempe § 95 p. 32, 18 ζυγάδην, quod olim conieceram e codicis M scriptura ζυγάδι, Lydi testimonio confirmatum est; § 100 p. 34, 15 γεννηθῇ pro γένηται quod codices praebent e Lydo restitui.

De Procopii Gazaei commentario in octateuchum et de catenis in prolegomenis vol. IV agetur.

De editionibus

De editione principe

De libris manuscriptis et ceteris subsidiis criticis disputatione ad finem perducta nunc de editionibus nobis dicendum est. editio princeps anno 1552 Parisiis prodiit ab Adriano Turnebo curata: Φίλωνος Ἰουδαίου εἰς τὰ τοῦ Μωσέως κοσμοποιητικά, ἱστορικά, νομοθετικά. Τοῦ αὐτοῦ μονόβιβλα. *Philonis Iudaei in libros Mosis de mundi opificio, historicos, de legibus. Eiusdem libri singulares. Ex bibliotheca Regia. Parisiis, Ex officina Adriani Turnebi typographi Regij. Regiis typis. M. D. LII. Ex privilegio Regis.* in folio. ordinem quo libri Philonis in hac editione sese excipiunt non e codice manuscripto receptum sed a se institutum esse editor in epistula dedicatoria ad Carolum Lotharingiae cardinalem praemissa expressis verbis declarat: πολλὴν δὲ σύγχυσιν εὑρόντες ἐν τῇ τῶν λόγων τάξει, οὕτως αὐτοὺς κατεχωρίσαμεν, ὡς ὑπὸ τοῦ συγγραφέως ἐδοκοῦμεν τὴν ἀρχὴν διατεθεῖσθαι ἀκολουθήσαντος ὡς ὑπελαμβάνομεν ταῖς τοῦ Μωσέως ἑξῆς ὥσπερ καθ' εἱρμὸν ῥήσεσι καὶ ἱστορίαις. videtur autem Turnebus ad tripertitam divisionem illam permotus esse his verbis Philonis *de praemiis et poenis* II 408,1 Mang.: τὰς μὲν οὖν τῶν διὰ τοῦ προφήτου Μωυσέως λογίων τρεῖς ἰδέας εἶναι συμβέβηκε· τὴν μὲν γὰρ περὶ κοσμοποιίας, τὴν δὲ ἱστορικήν, τὴν δὲ τρίτην νομοθετικήν. in Monobibla, quae tamquam appendicem adiunxit, hos libros recepit: περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. περὶ εὐγενείας. περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν. περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. εἰς Φλάκκον. περὶ ἀρετῶν καὶ περὶ πρεσβείας πρὸς Γάιον. librum περὶ

κόσμου, quippe quem non a Philone profectum sed e libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου aliisque locis Philoneis compilatum esse intellexisset, omnino exclusit. editio princeps non omnia quae aetatem tulerunt Philonis opera continet, sed ea tantum quae codices praebebant qui Turnebo praesto erant. adhibuit autem tres libros manuscriptos Philonis, qui soli tunc in bibliotheca Regia Fontebladensi exstabant, Parisinos 433 (qui olim fuit Regius 1895), 434 (olim Reg. 2250), 435 (olim Reg. 2251)[1]. ac tamquam fundamentum editionis habuit codicem 433 (L), passim videtur inspexisse codicem 434, lacunas codicis L explevit e codice 435. quo factum est ut inde ab editione principe Philonis textus vulgatus cum codicum familia H plerumque consentiat, cui codicem L adscribendum esse supra docuimus. nam Adrianus Turnebus hunc codicem sat fideliter expressit nec sine iusta causa ab auctoritate eius recedere fas esse putavit. vitia tamen quibus codex L scatet non pauca tacite correxit atque ubi duplicem ille scripturam exhibet in eligenda et recipienda alterutra sano iudicio plerumque usus est. verba etiam gravius corrupta vel in textu vel in appendice variarum lectionum ad calcem editionis affixa emendare conatus est. atque etsi corrigendo hic illic Philoni scripturas falsas obtrusit, nonnunquam tamen verum divinavit et scriptoris manum restituit. ut *de opificio mundi* § 15 p. 4,19 ἐπιφημίσας αὐτῇ pro αὐτήν. § 164 p. 57,8 ὃ δή delevit. § 171 p. 60,2 εἰς pro καί. *legum alleg.* I § 17 p. 65,5 καὶ ante εὐλογεῖ delevit. § 44 p. 72,4 καὶ addidit. § 57 p. 75,16 αἱ ante πράξεις delevit. III § 29 p. 119,23 τὸν συμπάντων pro τῶν συμπάντων. § 53 p. 124,27 ἑταῖρος pro ἑτέρας. § 61 p. 126,18 προσπίπτουσα pro προπίπτουσα. § 67 p. 127,21 φύσιν . . . μοχθηράν pro φησιν . . . μοχθηρίαν. § 78 p. 130,3 καὶ χάρις τοῦ pro κεχάριστο. § 81 p. 130,18 προσφερέτω pro προφερέτω. § 87 p. 132,17 ἀναχεῖ τε pro ἀναχεῖται. § 121 p. 140,5 σαφῶς pro σοφῶς. § 135 p. 142,27 ᾧ pro οἷς. § 149 p. 146,2 διψαλέα pro δαψιλέα. § 162 p. 148,14 αἱ pro καί. § 181 p. 153,12 υἱούς pro υἱός. § 184 p. 154,10 εὐτρεπές pro εὐπρεπές. § 201 p. 157,30 κείρεσθαι pro κείρασθαι. § 211 p. 160,13 ἀνιαρῶς pro ἀνιαροῖς. § 215 p. 161,10 εὐλογιστεῖ τε pro εὐλογιστεῖται. § 221 p. 162,17 τεχνι-

[1]) Exstat etiam nunc testimonium anno 1552 Turnebum tres codices illos e bibliotheca Regia mutuatum esse: cf. H. Omont *Catalogues des mss. grecs de Fontainebleau sous François Ier et Henri II* (Paris 1889) p. X².

τεύουσι pro τεχνεύουσι. § 232 p. 164,30 λαλούντων pro λαλούμενος. § 235 p. 165,16 ὀσμήν pro φωνήν. § 240 p. 166,13 χρήσαιο pro χρῆσθαι. § 246 p. 167,26 ὅς . . . ἐξετάζεται pro ὡς . . . ἐξετάζεσθαι. § 247 p. 168,4 ὁρῶντος pro ὁρῶντες. § 253 p. 169,12 γῆς pro γῆ. *de Cherubim* § 41 p. 181,7 αἴσθησιν pro ἔστησεν. § 98 p. 194,3 τῆς pro δή. § 121 p. 198,24 κυρίως pro κύριος. § 124 p. 199,21 ὅς pro ὡς. *de sacrificiis Abelis et Caini* § 70 p. 231,6 ingeniose coniecit ὦ μοχεροί pro ὠμότεροι (sic HL), at Philo scripsit ὦ μάταιοι. § 100 p. 243,9 οὐ addidit. § 124 p. 252,7 ἀπόντων pro ἁπάντων. *quod deterius potiori insidiari soleat* § 69 p. 274,17 διὰ τὸ pro διὰ τοῦ. § 85 p. 277,18 κατωκάρα pro κατωκάρανα. § 121 p. 285,24 δικαιοσύνη pro δικαιοσύνην. § 135 p. 288,22 τὸ pro τόν. Turnebus igitur quamquam exigua subsidia usurpavit emendandi Philonis initium fecit, plurima aliis emendanda reliquit. sed duo fere saecula praeterierunt, donec novis curis edendi Philonis consilium susceptum est.

De Hoeschelio

Post Turnebum de Philone bene meritus est David Hoeschel, qui anno 1587 tres libros qui in editione principe desunt, *de mutatione nominum*, *legum allegoriarum* librum II, *de somniis* librum II, e codice Augustano sive Monacensi A primum edidit[1]), deinde anno 1614 opusculum *de septenario* „e codice Boico“ quodam publici iuris fecit adiectis duobus fragmentis e libro *de providentia* [2]). libros autem quos edidit quam maxime potuit corrigere conatus est, id quod ei qua erat doctrina et ingenii acumine saepissime contigit. multa quae in codice A corrupta leguntur in ipso margine codicis emendavit; manum enim correctricem quae in tribus libris illis comparet Hoeschelii esse consensus declarat qui inter editionem eius et correcturas illas exstat. ut exempla quaedam afferam, *legum alleg.* II § 1 p. 90,6 ὁ γὰρ A in textu, ὃ γὰρ A in marg. et Hoeschelii editio praebent. ibid. οὐκ ἀνύει A in textu, οὐκ ἂν εἴη A

---

[1]) *Philonis Iudaei opuscula tria: 1, Quare quorundam in sacris litteris mutata sint nomina. 2, De formatione Euae ex Adami latere; et de utriusque lapsu. 3, Somniorum Iosephi, Pharaonis, pincernaeque ac pistoris, allegorica expositio. Graece nunc primum edita, studio et opera Davidis Hoeschelii A. M. eiusdemque notatiunculis alicubi illustrata. E bibliotheca Augustana. Francofurdi Apud Ioannem Wechelum, MDLXXXVII.* in octavo. 276 pag.

[2]) *Philo Iudaeus de septenario. Eiusdem fragmenta II e libro de providentia. Omnia e codd. mss. nunc primum edita a Davide Hoeschelio. Augustae Vindelicorum ad insigne pinus MDCXIV.* in quarto. (hunc librum ipse non vidi.)

in marg. et Hoesch. § 6 p. 91,15 προσπλάττεσθαι A in textu, προπλάττεσθαι A in marg. et Hoesch. § 7 p. 91,28 αὐτὰ A in textu, αὖ τὰ A in marg. et Hoesch. § 14 p. 93,19 τῷ A in textu, τοῦ superscriptum A habet et Hoesch. § 22 p. 95,15 λέξις A in textu, ἷξις ἤτουν συμπιεσμός A in marg., ἷξις Hoesch. § 44 p. 99,3 ταύτη A in textu, αὕτη A in marg. et Hoesch. § 56 p. 101,16 εἶχον A in textu, ἤχων A in marg. et Hoesch. § 61 p. 102,19 ἐπανύσηται A in textu, ἐπαναστήσηται ἢ ἐξαναστ— (sic) A in marg. et Hoesch. in marg. editionis. § 62 p. 102,24 τὴν ψυχήν A in textu, τῇ ψυχῇ A in marg. et Hoesch. § 74 p. 105,4 σύντομοι A in textu, σύντονοι A in marg. et Hoesch. § 98 p. 110,16 ἀρετοὶ A in textu, ἀρετῆς A in marg. et Hoesch. quarum emendationum pleraeque postea codicis M auctoritate egregie confirmatae sunt. in edendo opusculo *de septenario* (Mang. II 277—298) quo codice Hoeschel usus sit adhuc investigare non potui. Vaticanum 379 non fuisse, quod coniecerat Mangey, inde sequitur quod in eo codice (ut in Laurentiano F) opusculum περὶ τῆς ἑβδόμης explicit verbis ποθεῖ τὰς ἐκ δούλων ὑπηρεσίας (Mang. II 291,48), cum Hoeschelii codex plura contineret quamvis corrupta et mutilata: cf. Tischendorf *Philonea* p. 40 sqq.[1]) libri περὶ προνοίας duo fragmenta edidit e Michaelis Apostolii (vel potius Arsenii) Violario, quae et in excerptis Eusebianis exstant (οὐ τύραννος ὁ θεὸς — κάλλεος εἵνεκα εἴη Mang. II 634—635, ὠμῆς γὰρ δίχα ψυχῆς — διὰ προμήθειαν ἀρετῆς Mang. II 642).

Quae secutae sunt Philonis operum editiones tres vel quattuor a Turnebo et Hoeschelio omnino pendent, novi nihil attulerunt. prima quae Coloniae Allobrogum lucem vidit anno 1613[2]) continet scripta Philonis a Turnebo edita eodem ordine digesta cum latina Gelenii interpretatione,

---

[1]) Conieceram codicem Monacensem 113 ab Hoeschelio adhibitum esse; sed ne is quidem plura continet quam Vaticanus 379 et Laurentianus F. cf. Hardt *Catal. codd. mss. gr. bibl. Bavar.* II p. 38.

[2]) Φίλωνος Ἰουδαίου ἐξηγητικὰ συγγράμματα εἰς τὰ τοῦ Μωϋσέως κοσμοποιητικά, ἱστορικά, καὶ νομοθετικά. *Philonis Iudaei opera exegetica in libros Mosis, De Mundi opificio, historicos et legales, quae partim ab Adriano Turnebo Professore et Typographo regio e Christianissimi Regis Bibliotheca, partim a Davide Hoeschelio ex Augustana, edita et illustrata sunt. Accessere extra superiorum ordinem eiusdem Philonis sex opuscula, quorum alia sunt* ἐπιδεικτικὰ *alia* διδασκαλικὰ *alia denique historica res quae Iudaeis auctoris aevo contigere describentia. Nunc Graece et Latine in lucem emissa ex accuratissima Sigismundi Gelenii interpretatione, cum rerum Indice locupletissimo. Excudebat Petrus de la Rouiere. Coloniae Allobrogum, CIↃ IↃC XIII.* in folio. 904 pag., 12 fol. non num.

addit deinde tres libros anno 1587 ab Hoeschelio editos cum Frederici Morelli versione latina et opusculum Pseudo-Philoneum περὶ κόσμου cum latina Guilelmi Budaei translatione. altera quae Parisiis anno 1640 prodiit[1]) et ipsa continet omnia quae Turnebus edidit, sed ordine librorum in parte tertia et quarta paululum immutato, deinde opuscula omnia et fragmenta quae Hoeschel publici iuris fecit. haec editio Parisina cum textu vulgato quodam modo cohaeret, si quidem eam Mangey editioni suae fundamenti instar subiecit. tertia quae prodiit Francofurti anno 1691 Frederico III Electori Brandenburgiae dedicata[2]) editionem Parisinam de qua modo dixi fidelissime expressit. quarta denique anno 1729 Francofurti in lucem emissa cum Francofurtensi priore ad amussim conspirat[3]), nisi quod in initio additae sunt praefatio Christiani Schoettgenii et notitia de Philonis vita et scriptis ex I. A. Fabricii Bibliotheca Graeca petita.

De editione Mangeiana

Tandem opus a Turnebo et Hoeschelio inchoatum suscepit ac felicissime persecutus est Thomas Mangey. editio Mangeiana duo volumina in folio complectens anno 1742 prodiit sic inscripta: Φίλωνος τοῦ Ἰουδαίου τὰ εὑρισκόμενα ἅπαντα. *Philonis Iudaei Opera quae reperiri potuerunt omnia. Textum cum Mss. contulit, quamplurima etiam e Codd. Vaticano, Mediceo et Bodleiano, Scriptoribus item vetustis, nec non Catenis Graecis ineditis, adiecit, Interpretationemque emendavit, universa Notis et Observationibus illustravit Thomas Mangey, S. T. P., Canonicus Dunelmensis. Vol. I. II.* (Londini) *Typis Guilelmi Bowyer MDCCXLII.*

---

[1]) Φίλωνος Ἰουδαίου συγγράμματα. *Philonis Iudaei omnia quae extant opera. Ex accuratissima Sigismundi Gelenii et aliorum interpretatione partim ab Adriano Turnebo, Professore Regio, e Christianissimi Regis Bibliotheca, partim a Davide Hoeschelio ex Augustana edita et illustrata. Huic novissimae editioni accessere Variae lectiones et elegantissimus eiusdem Philonis de septenario libellus et de providentia Dei fragmenta. Cum indice rerum locupletissimo. Lutetiae Parisiorum MDCXL.* in folio. 1200 pag., 35 fol. (hanc editionem ipse non vidi.)

[2]) titulus idem est atque ed. Paris. 1640. in fine: *Francofurti, Apud Ieremiam Schrey et Heinrici Ioh. Meyeri Haeredes, Anno CIↃ IↃC XCI.* in folio. 1200 pag., 35 fol.

[3]) titulus idem atque ed. Paris. 1640 et Francof. 1691. in fine: *Accedunt noviter notitia vitae et operum Philonis ex viri celeberrimi Ioannis Alberti Fabricii Bibliotheca Graeca et praefatio Christiani Schoettgenii. Francofurti, Apud Ieremiam Schrey et I. G. Conradi.* s. a. in folio. 14 et 1200 pag., 35 fol. hanc editionem anno 1729 in lucem emissam esse declaratur praefatione data *Dresdae, ipso die festo Epiphanias Dominicae, CIↃ IↃCC XXIX.*

nova et amplissima subsidia ad Philonem denuo tractandum et adhibenda esse recte cognovit Mangey et operam dedit ut undique colligeret. codices igitur Britannicos qui ad manus erant ipse contulit, alios multos in usum suum conferendos curavit. excerpta et fragmenta Philonea in catenis et florilegiis et a scriptoribus antiquis tradita partim ad illustrandum textum adhibuit partim ad calcem editionis congessit. nec priorum editorum exemplum secutus est, ut ex Adriani Turnebi et Davidis Hoeschelii editionibus opera Philonis denuo exprimeret, sed quasi novam textus formam instituit. nam primum ordinem librorum induxit multo meliorem eo quem Turnebi et reliquae editiones prae se ferunt, opusculis quattuor ab Hoeschelio editis priore loco submotis eum locum adsignavit quem res in singulis tractatae postulant. deinde textum locupletavit libro *de posteritate Caini* e codice Vaticano 381 (U) et libro quarto *de specialibus legibus* e codice Seldeniano primum editis. denique fragmenta librorum Philonis deperditorum sat multa undique collecta primus edidit. notis autem partim infra textum datis partim ad calcem utriusque voluminis adiectis ad illustranda et emendanda verba Philonis materiam obtulit amplissimam. itaque omnium qui hucusque Philoni studium impenderunt optime Mangeium de hoc scriptore meritum esse negari nequit.

Sed tamen omnem quam moverat exspectationem editio Mangeiana non explevit. neque enim ipse codices accurate contulit neque ab aliis collationes accurate factas accepit neque ea qua par est diligentia subsidiis suis usus est. codicum lectionis varietatem selectam tantum enotavit nec raro *sic Mss.* adnotasse satis habuit, ubi codices minime consentiunt, singulos autem codices saepissime inter se confudit. in praefatione codices enumerat, quorum subsidio in recensendo Philone usus sit. primum se collationem habuisse dicit unius Vaticani nr. 152, qui largam messem sibi variarum et meliorum lectionum suppeditaverit. at non unum Vaticanum adhibuit, sed minimum quattuor. is quem Vaticanum 152 dicit sine dubio fuit Vaticano-Palatinus 152, quem supra (p. XXX) memoravi et in libro *de opificio mundi* cum codice Veneto B conspirare in prolegomenis editionis eius libri (p. XIV sq.) demonstravi. quod iam tum suspicatus eram, ubi secundum Mangeii testimonium codex Vaticanus a Veneti B memoria recedat, errorem subesse et Palatinum 152 cum alio quodam Vaticano a Mangeio confusum esse, id egregie confirmatum est.

nam praeter Palatinum 152 in libro *de opificio mundi* Vaticano-Palatinum 248 (G) Mangey adhibuit et quas ibi discrepantes a codice B notavi lectiones non sunt Palatini 152 sed Palatini 248. is autem, quem largam messem variarum lectionum sibi suppeditasse profitetur, ne ipse quidem Palatinus 152 fuit sed Vaticanus 381 (U). nam omnes quas in libris *legum allegoriarum* I, *de Cherubim, de sacrificiis Abelis et Caini, quod deterius potiori insidiari soleat* et aliis profert *e Vaticano* lectiones sunt Vaticani U. denique hic illic scripturas codicis Vaticano-Palatini 183 (quem apographon codicis A esse supra dixi) commemorare videtur. similem confusionem commisit in enotandis codicum bibliothecae Laurentianae lectionibus. codicem Mediceum, quem reliquorum omnium et antiquissimum et praestantissimum dicit, ab Antonio Cocchio medico Florentino in usum suum collatum esse refert. itaque sine dubio codicem Laurentianum X 20 (M) intellegi voluit. at non modo huius sed etiam Laurentiani F collationem adhibuit, quippe cuius scripturas commemoret in libris Philonis qui in codice M desunt ut in libro *quod deterius potiori insidiari soleat.* praeter eos quos modo dixi codices Mangey usurpatos a se esse testatur hos: tres codices bibliothecae regis Christianissimi 1895. 2250. 2251 (i. e. codices Parisinos 433. 434. 435), Coislinianum 43, Augustanum (i. e. Monacensem A), quorum collationes aliis acceptas rettulit. ipse contulit Oxonienses codices tres, unum Bodleianum (Seldenianum), unum Collegii Lincolniensis, unum Collegii Novi (v. supra p. XIX), et Cantabrigiensem Collegii S. Trinitatis (de quo cf. Proleg. ad librum *de opificio mundi* p. XXX). apparatum igitur habuit sat amplum et egregium, sed recta via et ratione uti eo nescivit. quae de codicum lectione cognoverat quanta socordia et neglegentia saepe tractaverit, permultis exemplis demonstrari potest. quod cum operae pretium non sit, ut chartae parcam, unum exemplum pro multis proferam. *legum allegor.* II § 4 p. 91,1 haec scripsit Philo: δύο γὰρ ἀνθρώπων γένη, τό τε κατὰ τὴν εἰκόνα γεγονὸς καὶ τὸ πεπλασμένον ἐκ γῆς· οὔτε δὲ τῷ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπῳ καλόν ἐστιν εἶναι μόνῳ — ἐφίεται γὰρ τῆς εἰκόνος· ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ θεοῦ ἀρχέτυπος ἄλλων ἐστί· πᾶν δὲ μίμημα ποθεῖ τοῦτο, οὗπέρ ἐστι μίμημα, καὶ μετ' ἐκείνου τάττεται — οὔτε τῷ πλαστῷ πολὺ μᾶλλον καλόν ἐστιν εἶναι μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον. in codice A verba οὔτε δὲ τῷ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπῳ καλόν ἐστιν εἶναι μόνῳ errore omissa sunt, quare apud Hoeschelium et in eis quae ab

eo pendent editionibus desiderantur. Mangey cum in Mediceo (M) mancam sententiam expleri verbis οὔτε δὲ τῷ—μόνῳ comperisset, falso loco ea in textum induxit ante verba οὔτε τῷ πλαστῷ κτλ. itaque in omnibus inde a Mangeio editionibus ineptum hoc enuntiatum exstat: δύο γὰρ ἀνθρώπων γένη . . . ἐκ γῆς· ἐφίεται γὰρ τῆς εἰκόνος . . . καὶ μετ' ἐκείνου τάττεται· οὔτε δὲ τῷ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπῳ καλόν ἐστιν εἶναι μόνῳ, οὔτε τῷ πλαστῷ πολὺ μᾶλλον καλόν ἐστιν εἶναι μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον.

De ratione quam in textu constituendo secutus sit haec Mangey pronuntiavit: *ubique sequor editionem Parisiensem Philonis operum anni 1640 . . . textum nullibi ex coniectura muto nec ex unius tantum codicis manuscripti fide nisi Medicei, quem reliquorum omnium longe optimum esse existimo et ex quo solo hiatus bene multos supplere in textu non dubitavi.* attamen hanc normam non stricte observavit, sed saepe textum tacite mutavit et scripturam vulgatam non modo correxit, id quod sane multis locis fecit, sed interdum etiam depravavit. quoniam vero complures familiae A codices adhibuit, horum auctoritatem secutus multa mutavit et textum nonnusquam diversum constituit ab eo quem editiones priores ostendunt, quas a memoria familiae II pendere constat. sed contra codicum consensum textum mutare noluit; nam huiusmodi quae comparent pleraque vel e lapsu calami vel ex erroribus typothetarum orta esse videntur. coniecturas et suas et aliorum plerasque vel in notis vel in addendis commemoravit. atque in his non minima laus Mangeii posita est. erat enim Philonei sermonis adeo peritus ac tanto opere in doctrinam Philonis penetraverat, ut facili negotio multas corruptelas et lacunas textus detegeret ac saepissime coniectando veram scripturam indagaret vel ad veram proxime accederet. etsi eius coniecturae non omnes ita comparatae sunt, ut in textum recipi possint, ac nonnullae vel falsam sententiam ingerunt, multae tamen acu rem tetigerunt, quas omnino recipiendas esse nemo dubitabit. eadem ac fortasse etiam maiore laude dignae sunt animadversiones et emendationes Ieremiae Marklandii a Mangeio in addendis commemoratae, quarum plerisque in verbis Philonis emendandis et restituendis uti licet. maxima illum virum fuisse sagacitate et in coniiciendo felicitate optime arguitur eo, quod multa inventa eius meliorum codicum testimonio postea confirmata sunt. in Mangeii notis passim laudatur etiam Ericus Benzelius episcopus Lincopensis,

cuius observationes et coniecturas quasdam ille acceperat, quae ad emendationem Philonis non multum conferunt. denique Ioannis Christophorsoni coniecturae, quas ambabus manibus amplexus est Mangey, nihili aestimandae sunt.

De editionibus reliquis

Editio Mangeiana quae prima fuit critica usque ad hunc diem unica mansit. nam qui postea Philonis opera ediderunt Mangeii textum integrum expressisse satis habuerunt. ac Fridericus Pfeiffer quidem, cuius editio [1]) imperfecta emissa est annis 1785—1792, in praefatione se Mangeii speciosam egregiamque editionem vel plane immutatam recudendam curavisse libere fatetur. ipse nihil praestitit nisi haec: errata typographica quibus sane editio Mangeiana scatet non pauca correxit (sed multa intacta reliquit nec pauca nova ipse admisit), Mangeii notas ex addendis collectas textui subscripsit, tres codices Monacenses quos Mangey neglexerat ipse contulit et eorum lectiones varias adnotavit. sed valde erravit quod ex eorum collatione ornamentum novum accedere Philoni ratus est. nam quos saeculo XIV eleganter satis exaratos dicit ac de codicibus optimae notae summa cum cura et diligentia descriptos esse videri, codices re vera sunt saeculi XVI et summa cum neglegentia scripti et nullius pretii. primus codex a Pfeiffero A notatus (num. 52 signatus), qui Philonis libros plerosque continet e bibliotheca Bessarionis cardinalis descriptos, nunc est Monacensis graecus 124 (v. supra p. XIV sq.). alter codex B (num. 35 signatus), qui libros continet *de vita Mosis, de fortitudine, de vita Iosephi, de Abrahamo,* nunc est codex Monacensis gr. 19: cf. Hardt *Catal. codd. mss. graec. bibl. Bavaricae* t. I p. 98 sqq. tertius codex C (num. 174 signatus) nunc est Monacensis gr. 113, qui fol. 225—233 Philonis opusculum *de septenario* (Mang. II 277—291) continet: cf. Hardt l. l. t. II p. 38. tertium hunc codicem adhibere non iam potuit, quoniam in edendo Philone usque ad libros *de specialibus legibus* non pervenit.

Qui hoc saeculo Philonis opera imprimenda curaverunt nihil fere praestiterunt, nisi quod libros per I. B. Aucherium ex Armenio publici

[1]) *Philonis Iudaei opera omnia graece et latine. Ad editionem Thomae Mangey collatis aliquot Mss. edenda curavit Augustus Fridericus Pfeiffer. Vol. I—V. Erlangae, sumptu Wolfgangi Waltheri, 1785—1792.* 5 voll. in octavo, quibus continentur scripta omnia quae in editionis Mangeianae volumine primo exstant et e volumine altero vita Abrahami. editio fertur repetita esse anno 1820.

iuris factos et opuscula *de cophini festo* et *de parentibus colendis* ab Angelo Maio e Laurentiano M edita[1]) libris antea cognitis adiecerunt. editio Lipsiensis Schwickertiana quam M. Car. Ern. Richter curavit annis 1828—1830 prodiit octo voluminibus[2]). editor, quemadmodum ipse in praefatione professus est, textum Mangeii secutus est, quocum editionem Pfeifferianam et ubi haec deficit editionem Parisiensem anni 1640 contulit; scriptis a Mangeio editis suo loco inseruit opuscula *de festo cophini* et *de parentibus colendis* et in fine adiecit libros ab Aucherio latine redditos. declarat autem sese efficere studuisse, ut mendis innumeris quibus pristinae editiones scateant textus purgaretur; quod, si menda typographica et lapsus calami quosdam exceperis, parum vere dictum est, vitia enim pleraque editionum priorum in hac quoque redeunt: cf. Proleg. in librum *de opificio mundi* p. XXXIV, ubi exempla nonnulla contuli quae facile augeri possunt. denique commoditati legentium eo prospectum voluit, quod summaria singulis libris praeposuit, textum in paragraphos distinxit et quam aptissime fieri potuit interpunxit. sed neque distinctionibus neque interpunctionibus textus Philonei difficultates levavit, immo vero saepius auxit. nam paragraphis suis textum interdum omnino depravavit, cum sententias artissime inter se conexas discerperet: cf. e. gr. p. 62,16. 95,23. 139,30. 143,29. 145,2. 166,28. 178,16. 286,6. in interpungendo autem tanta neglegentia usus est, ut multis locis verba scriptoris omnino intellegi nequeant, nisi interpunctiones immutaveris. quod in praefatione promisit ultimo volumini se indicem rerum et verborum graecum additurum, huic promisso non satisfecit, sed indicem rerum latinum ex Mangeii editione repetitum dedisse satius habuit. novissima operum Philonis editio Tauchnitiana[3]) fere integra ex editione Richteriana expressa est. nam et universa cum illa conspirat et in singulis voluminibus omnia eadem continet et textum in paragraphos a Richtero

---

[1]) *Philonis Iudaei de cophini festo et de colendis parentibus cum brevi scripto de Iona. Editore ac interprete Angelo Maio. Ad Leopoldum principem Etruriae heredem. Mediolani regiis typis MDCCCXVIII.* in octavo. 36 pag.

[2]) *Philonis Iudaei opera omnia. Textus editus ad fidem optimarum editionum. Vol. I—VIII. Lipsiae, sumptibus E. B. Schwickerti, 1828—1830.* in octavo minori.

[3]) *Philonis Iudaei opera omnia ad librorum optimorum fidem edita. Editio stereotypa. Tom. I—VIII. Lipsiae sumptibus et typis Caroli Tauchnitii 1851—1853.* 12°.

inductas distinctum praebet. ea re tantum discrepat, quod editor anonymus interpunctionem sane meliorem et accommodatiorem reddere studuit et coniecturas nonnullas a Mangeio in notis significatas, quae quidem ei certae videbantur, in textum recepit.

Denique in editionum numero nominanda videtur Ioannis Christiani Guilelmi Dahlii Chrestomathia Philoniana[1]) duobus voluminibus edita et doctis adnotationibus instructa, cuius volumine priore capita selecta e variis Philonis libris, posteriore libri *adversus Flaccum* et *de legatione ad Gaium* illustrantur; textum editor Mangeianum secutus est. neque hoc loco silentio praetereunda sunt Constantini Tischendorfii *Philonea*[2]) identidem iam a me laudata, qui liber primum Philonis opusculum *de posteritate Caini* continet e Vaticano 381 accuratius descriptum quam apographon a Mangeio adhibitum, deinde *de specialibus legibus* librum II integrum e Laurentiano M editum, cuius antea partes tantum valde corruptae et in breve contractae cognitae fuerunt; adiectum est fragmentum *Quaestionum in Exodum* in Vaticano 379 servatum, finem faciunt sententiae Philonis e florilegio Cahirino (quod cum Maximi Eclogis conspirare videtur) excerptae.

De versionibus recentioribus

De editionibus disputatione absoluta pauca adiungenda sunt de versionibus recentiore tempore factis. primus quod sciam Lilius Aegidius Libellius Tifernas opera Philonis latine reddenda suscepit iussu Nicolai V papae: cf. Dominicus Georgius *Vita Nicolai V pont. max.* (Romae 1742) p. 192. eius translationis etiam nunc in bibliotheca Vaticana exstant septem tomi manu ipsius annis 1479—1484 elegantissime exarati et Sixto IV vel Innocentio VIII dedicati, quibus octavus accedit in bibliotheca Barberina adservatus. cf. Pitra *Anal. Sacr.* II p. 331. paulo post editionem principem ab Adriano Turnebo in lucem emissam Ioannes Christophorson[3]) Anglus quattuor libros Philonis in linguam

[1]) *Chrestomathia Philoniana sive loci illustres ex Philone Alexandrino decerpti et cum animadversionibus editi a Ioanne Christiano Guil Dahl. Hamburgi sumptu Caroli Ernesti Bohn 1800—1802.* 2 voll. 12°.

[2]) *Philonea, inedita altera, altera nunc demum recte ex vetere scriptura eruta. Edidit Constantinus Tischendorf. Lipsiae, Giesecke et Devrient 1868.*

[3]) *Philonis Iudaei scriptoris eloquentissimi gravissimique libri quatuor, quorum primus est De mundi fabricatione, quae est à Moyse descripta, secundus De decem praeceptis, quae capita legum sunt, tertius De magistratu seu principe deligendo, quartus De officio Iudicis,*

latinam conversos edidit. anno post omnium operum Philonis quotquot ediderat Turnebus translatio latina Basileae prodiit a Sigismundo Gelenio facta[1]). quae et identidem repetita (Lugduni 1555, Lugduni 1561[2]), Antwerpiae 1614[3])) et omnibus graeci textus editionibus inde ab editione Colon. Allobr. 1613 usque ad Pfeifferianam adiecta est. opuscula ab Hoeschelio edita Fredericum Morellum interpretem latinum nacta sunt. gallice Philonis opera Petrus Bellier anno 1588 edidit[4]), in sermonem anglicum hoc saeculo transtulit C. D. Yonge[5]). germanice adhuc pauca scripta Philonis reddita sunt[6]).

---

iam primum de Graeco in Latinum conversi: Ioanne Christophorsono Anglo interprete. Errata quoque fere quadringenta, quae in eisdem quatuor libris nuper Parisiis Graece impressis ex collatione exemplarium manu descriptorum deprehensa sunt, notata correctaque et in fine uoluminis posita. Antverpiae. Excudebat Ioannes Verwithagen Anno 1553. in quarto. 12 fol., 149 pag., 4 fol.

[1]) *Philonis Iudaei scriptoris eloquentissimi ac philosophi summi lucubrationes omnes quotquot haberi potuerunt, nunc primum Latinae ex Graecis factae per Sigismundum Gelenium, addito in fine rerum memorandarum Indice foecundissimo. Basileae (apud Nicolaum Episcopium iuniorem) M.D.LIIII.* in folio. 651 pag., 11 fol. — Editio plane repetita *Lugduni, Apud Ioannem Frelonium, 1555.* in octavo. 32 fol., 870 pag.

[2]) *Philonis Iudaei, summi philosophi, ac scriptoris eloquentissimi, Operum, quotquot ad hunc diem haberi potuerunt, Tomus prior (alter), interprete Sigismundo Gelenio, Ioanne Christophorsono et Ioanne Voeuraeo. Cum utriusque Tomi singularibus et amplissimis indicibus. Lugduni, Apud Ioannem Frellonium, MDLXI.* 2 voll. in octavo, 512 et 480 pag. hac editione continentur primum Sig. Gelenii translatio omnium operum Philonis, deinde Io. Christophorsoni translationes quattuor librorum, tum Ioannis Voeuraei Galli interpretatio libri *de decalogo.*

[3]) *Opera Philonis Iudaei exegetica in libros Mosis, De opificio mundi, Historicos et Legales, quae partim ab Adriano Turnebo, Professore et Typographo Regio, e Christianissimi Regis Bibliotheca, partim a Davide Hoeschelio ex Augustana, edita et illustrata sunt. Accessere extra superiorum ordinem eiusdem Philonis sex opuscula, quorum alia sunt ἐπιδεικτικά, alia διδασκαλικά, alia denique historica res quae Iudaeis Auctoris aevo contigere describentia. Nunc noviter additis marginalibus in lucem emissa ex accuratissima Sigismundi Gelenii interpretatione, cum rerum Indice locupletissimo. Antwerpiae, Apud Iohannem Keerbergium, M.DC.XIV.* in quarto. 811 pag., 24 fol. haec editio accurate expressa est ex parte latina editionis graecae et latinae quae prodiit Coloniae Allobrogum a. 1613 (v. supra p. LXXII).

[4]) *Les Oeuvres de Philon Juif, contenans l'Interpretation de plusieurs divins et sacrés mystères et l'instruction d'un chacun mises de Grec en François p. Pi. Bellier. Paris chez Ch. Roger 1588.* in octavo. editio repetita et tribus libris a Fred. Morello translatis aucta *Paris chez Chapelain 1612.*

[5]) *The Works of Philo Iudaeus, the contemporary of Iosephus, translated from the Greek by C. D. Yonge. London, H. Bohn, 1854—1855.* 4 voll. in octavo.

[6]) *Bibliothek der griechischen und römischen Schriftsteller über Judenthum und Juden*

Novam et criticam operum Philonis editionem hoc saeculo moliebatur Chr. G. L. Grossmann theologus Lipsiensis. quod ad consilium perficiendum Constantino Tischendorfio persuasit, ut in itinere quod anno huius saeculi quadragesimo in Galliam et Italiam suscepit libris Philonis manuscriptis excutiendis operam daret. quem laborem ita ille exsecutus est, ut codices Parisinos fere omnes exploraret et cum editione Mangeiana conferret atque Italiae bibliothecis perlustratis multos codices perscrutaretur et investigaret[1]). quo factum est ut Grossmanno supellectilis critica praesto esset locupletissima. sed morte abreptus est (anno 1857), priusquam vel initium edendi Philonis fecisset. apparatus criticus ab eo comparatus hucusque neglectus in bibliotheca Universitatis Lipsiensis delitescit. post Grossmanni obitum idem consilium persecutus est Carolus Guilelmus Otto theologus Glauchaviensis, quem ad finem et apographa Tischendorfii collationum codicum Parisinorum et collationes aliquot codicum Vindobonensium comparavit. sed ne is quidem eo pervenit, ut ad opus perficiendum accederet[2]). nova Philonis edendi spes excitata est, cum anno 1887 Academia Regia Berolinensis ad certamen de praemio Carlottiano subeundum Philonis librum *de opificio mundi* critice tractandum proposuisset. quo in certamine Paulo Wendlandio mihique contigit, ut Academia opellas nostras praemio dignas iudicaret. quo facto uterque nostrum editionis omnium operum Philonis novis curis parandae consilium cepit. mox vero, ne diutius opus dudum desideratum tardaretur et quo citius res ad finem perduci posset, consilia nostra communicavimus et consociato labore Philonem edere constituimus. apparatu plenissimo per hos annos conquisito et omni studio pertractato nunc volumen primum in lucem mittimus.

De ratione huius editionis

De ratione huius editionis haec animadvertenda sunt. ordinem librorum in universum sequimur eum quem Mangey constituit, quamquam non per omnia eum recte sese habere haud ignoramus. sed quoniam editio Mangeiana in omnium manibus est et omnes verba Philonis secun-

---

in neuen Uebertragungen und Sammlungen. I. Bd. Leipzig, Oskar Leiner, 1865. III. Bd. ib. 1870. IV. Bd. ib. 1872.

[1]) cf. Grossmann in programmate pro rectoratu Lipsiensi a. 1856 p. 1. Tischendorf *Anecdota sacra et profana* p. 171. *Philonea* p. V sq.

[2]) cf. quae dixi in Philol. t. LI p. 274.

dum eam laudare consueverunt, lectorum commoditati consuluisse nobis videmur, quod ordinem editionis Mangeianae quoad fieri potuit retinuimus. quo facilius verba scriptoris alicubi laudata reperiri possent, numeri paginarum editionis Mangeianae (M.) in margine interiore adnotati sunt. nec minus propter verba secundum editionem Richterianam laudata paragraphos eius editionis in textum recepimus cancellis rotundis ( ) inclusas. sed ut difficultates Philonis legendi aliquanto sublevarentur et singulae sententiae magis essent perspicuae, textum in novas et minores paragraphos distinximus in margine exteriore notatas. textui duplicem adnotationem subiunximus, unam qua codicum varietas lectionis enotata est, alteram qua loci memoriae quae dici solet indirectae congesti sunt et scriptorum loci quos Philo laudavit vel perstrinxit significati. in textu constituendo quantum fieri potuit fidem et auctoritatem librorum manuscriptorum sequendam esse duximus, sed simul ab emendatione in scriptore tam corrupto non prorsus abstineri posse nobis persuasimus, in qua tamen a certa via et ratione nos non recessisse speramus. equidem coniecturas vel meas vel aliorum in textum non recepi, nisi ubi et verba tradita aperte corrupta sunt et emendatio certa mihi visa est. sicubi rem dubiam esse nec medelam certam adhuc inventam existimavi, textum libris traditum quamvis corruptum retinere malui quam coniecturis locum concedere parum probabilibus. ceterum praeter Mangeium et qui ab eo laudantur Christophorsonum Marklandium Benzelium vix quisquam nominandus est, qui in emendandis libris huius voluminis aliquid praestiterit, nisi quod Fridericus Creuzer locos aliquot illustravit et emendare conatus est[1]). etiam in rebus grammaticis et orthographicis codicum optimorum fidem plerumque secutus sum. eas tantum formas verborum quas ex usu Philonis et illius aevi scriptorum communi admittendas non esse censeo, ubi mutatione levissima vitium tolli potuit, emendare et iustas formas substituere non dubitavi: velut αὑτοῦ pro αὐτοῦ, ubi pronomen reflexivum necessarium videtur, et σεαυτοῦ (σαυτοῦ) pro ἑαυτοῦ, ubi sententia loci pronomen secundae personae postulat, et similia. de legibus quas Philo in hiatu vitando et admittendo

---

[1]) Fr. Creuzer *Zur Kritik der Schriften des Juden Philo* in *Theol. Studien und Kritiken* 1832 I p. 3—43 (= *Deutsche Schriften* III. Abth. 2. Bd. p. 409—446).

secutus sit alio loco fusius disserendum erit. nam quae J. Jessen[1]) de hac quaestione investigasse sibi videtur, minime omnia probanda sunt, si quidem iustae hiatus excusationes apud Philonem multo latius patent quam ille putavit. in universum sic iudico, propter hiatum solum verba tradita non esse corrigenda ac ne gravissimos quidem hiatus tollendos esse, id si levissima mutatione fieri non possit. ν quod dicitur paragogicum in codicibus vetustioribus ante consonas saepe scriptum reperitur, ante vocales rursus interdum omissum; sed quoniam codicum scriptura fluctuat, propter aequabilitatem normam vulgatam secutus ante consonas illud ν nusquam scripsi. οὕτως ante consonas quoque tantum non ubique in omnibus codicibus scriptum est; quae scriptura nescio an a Philone omnino praelata atque etiam paucis locis illis ubi οὕτω legitur in libris deterioribus restituenda sit. veteris Testamenti locos quos attulit vel perstrinxit Philo quam accuratissime significavi LXX interpretum versionis editione novissima Cantabrigiensi (ed. Swete) usus, iuxta quam Lagardii editionem Geneseos (a. 1868) adhibui. in scriptura locorum biblicorum constituenda codicum Philoneorum fidem ubique secutus sum ac ne tum quidem ab ea discedendum esse iudicavi, ubi codices a versione graeca discrepant. scripturam traditam ibi tantum e LXX virorum interpretatione correxi, ubi codices corruptos esse manifestum est. sicubi codices Philonis in laudandis verbis biblicis inter se differunt, eam scripturam praeferendam esse duxi quae ad versionem graecam proxime accedat. itaque non paucis locis codicum familiae UF lectionem aspernatus ceterorum codicum memoriam secutus sum. nam ut ceteroquin manus correctrix in familia UF grassata est (v. supra p. XL), ita et verba biblica corrector ille interdum immutavit fortasse alia quadam veteris Testamenti versione usus. ceterum studiis biblicis maximeque eis quae ad originem et historiam LXX virorum interpretationis pertinent e textu Philonis fructum non exiguum redundare consentaneum est. sed de ratione quae inter Philonem et veteris Testamenti versionem graecam intercedat tum demum iuste et copiose disputari poterit, cum editio haec operum Philonis absoluta erit.

---

[1]) J. Jessen *De elocutione Philonis Alexandrini*, Hamburgi 1889.

Haec hactenus de universa Philonis librorum memoria ceterisque subsidiis criticis et de ratione huius editionis. singulis libris in hoc volumine editis pauca praemittenda sunt.

DE OPIFICIO MVNDI. Codices VMABPFGH. librum separatim edidit J. G. Müller[1]), de cuius editionis indole dixi in priore huius libri editione[2]) p. XXXIV. titulum e codice V restitui περὶ τῆς κατὰ Μωυσέα κοσμοποιίας, quem confirmant excerpta D, ut D^C fol. 196^v ἐκ τῆς κατὰ Μωϋσέα κοσμοποιίας (ad p. 9, 15), fol. 259^v ἐκ τῆς κατὰ Μωσέα κοσμοποιίας (ad p. 7, 7), D^R fol. 192^r ἐκ τῆς κατὰ Μωσέα κοσμοποιίας (ad p. 7, 11), D^K fol. 49^r ἐκ τοῦ περὶ τῆς κατὰ Μωσέα κοσμοποιίας (ad p. 35, 25), D^M fol. 15^r D^L fol. 21^r et 55^v ἐκ τῆς κατὰ Μωσέα κοσμοποιίας (ad p. 23, 2). Eusebius in recensu librorum Philonis (Hist. eccl. II 18) hunc librum non commemorat, scilicet quia partem esse putavit operis illius quod nomine νόμων ἱερῶν ἀλληγορίαι complexus est, id quod verbis expressis dicit Praep. Evang. VIII 13, ubi verba Philonis e libro *de opificio mundi* excerpta sic inducit: πάλιν οὖν ⟨ἐπὶ?⟩ τὸν Φίλωνα παριτέον ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν εἰς τὸν Νόμον. textum plerumque secundum editionem priorem recensui, nonnunquam vel ipse δευτέραις φροντίσιν edoctus vel suadente Wendlandio aliter constitui, quo facto librum nunc emendatiorem prodire iure sperare mihi videor. e codice V, cum anno 1890 denuo conferrem, mihi contigit ut aliquot novas et partim bonas lectiones eruerem: § 11 p. 3, 11 κατασκευάζον (non κατασκευάζειν). § 59 p. 19, 15 ἀηθεστέρων (non ἀληθεστέρων). codicis V auctoritatem secutus sum etiam his locis: § 19 p. 6, 4 ὡς ἄρα pro ὃς ἄρα. cf. *de sacrificiis Abelis et Caini* § 77 p. 234, 2. § 33 p. 10, 11 συμφερόμεναι, scil. αἱ ἐναντιότητες. § 70 p. 23, 16 τὰς οὐρανοῦ περιόδους. cf. *quod deterius potiori insidiari soleat* § 85 p. 277, 23 ἀέρος καὶ οὐρανοῦ περιόδοις. *de specialibus legibus* IV *(de concupiscentia)* II 355, 10 M. τὰς οὐρανοῦ περιόδους. *de aeternitate mundi* p. 17, 1 Cum. τῆς τοῦ παντὸς οὐρανοῦ περιφορᾶς. *de Cherubim* § 21 p. 175, 2 τὴν τοῦ παντὸς οὐρανοῦ φοράν et § 25 p. 176, 6 τοῦ παντὸς οὐρανοῦ τὴν ἀίδιον φοράν.

---

[1]) *Des Juden Philo Buch von der Weltschöpfung. Herausgeg. und erklärt von J. G. Müller. Berlin, G. Reimer, 1841.*

[2]) *Philonis Alexandrini libellus de opificio mundi ed. Leopoldus Cohn. Vratislaviae apud Guil. Koebner 1889.*

§ 71 p. 24, 6 ἀθρόου φωτός: cf. *de Cherubim* § 61 p. 185,10 ἀθρόον φῶς. § 81 p. 28, 14 ἐλπὶς ἂν ἦν.

LEGVM ALLEGORIARVM LIBER I. Codices MAPUFL. accedit versio Armenia. memoriam meliorem plerumque exhibent Arm MAP, deteriorem UFL. titulum νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ πρῶτον e codd. UF recepi, quem uno loco testificantur etiam excerpta D: D^K fol. 220^r et D^R fol. 267^v ἐκ τοῦ α΄ τῆς νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας (ad p. 74, 6). codices MAP et Arm numerum libri non significant. mirum est quod in codicibus UF liber in duas partes dirimitur et ante verba τοὺς κατὰ τὸ ἕβδομον καὶ θεῖον ὡς ἀληθῶς φῶς κινηθέντας τρόπους (§ 17 p. 65, 4) quasi novi libri titulus legitur νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύτερον[1]). cuius divisionis vestigium in excerptis D quoque cernitur: D^C fol. 45^v et 173^v D^R fol. 22^r et 162^r D^L fol. 26^v ἐκ τοῦ δευτέρου τῆς νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας (ad p. 72, 3). codex P non integrum hunc librum exhibet, omittit § 8—30 et 74—87.

LEGVM ALLEGORIARVM LIBER II. Codices MAP. accedit versio Armenia. in P desunt § 9—18, 54—67, 77—108. inscriptionem νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύτερον huic libro vulgatam fere secutus addidi, etsi eam nullo niti testimonio non ignoro. nam et in versione Armenia et in codice P sine titulo cum libro priore coniunctus est atque in codice M ita inscriptus, ut in eius archetypo cum libro priore unum librum effecisse iudicandus sit. et re vera si ambitum horum opusculorum respicimus, unum olim fuisse librum consentaneum videtur[2]). sed quoniam inter hoc opusculum et librum sequentem interiisse nonnulla videntur (desideratur enim expositio allegorica versuum Genes. 3, 1^b — 3, 8^a) neque ita exploratum est, ubi liber I desierit et liber II initium ceperit, divisionem vulgatam quamvis parum correctam retinendam esse censui.

LEGVM ALLEGORIARVM LIBER III. Codices ABPH. in codicibus melioris notae liber deest. titulum codices prae se ferunt νόμων ἱερῶν

---

[1]) hinc etiam explicandum est quod codex L huius libri titulum praebet νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύτερον: nam in codice Vaticano 379, quo usus est librarius codicis L, is titulus ad alteram partem huius libri pertinet.

[2]) cf. E. Schürer *Geschichte des jüd. Volkes im Zeitalter Jesu Christi* II p. 840 sq.

ἀλληγορία δευτέρα. sed tertium esse librum testantur excerpta D. cf. adnotata ad p. 114, 2. 115, 11. 123, 13. 128, 18. 129, 26. 130, 9. 136, 22. 148, 25. 153, 19. 162, 26. *legum allegoriarum* liber quartus interiit, pauca fragmenta eius in excerptis D servata sunt: cf. Harris *Fragments of Philo* p. 6sqq.

DE CHERVBIM. Codices MAPGHUF. textus formam genuinam modo codices MAPGH modo codices UF servarunt, nonnusquam utra memoria praeferenda sit dubitari potest. interdum archetypi codicum UF textum docti correctoris manu tractatum esse supra monuimus (p. XL). neque integer hic liber in archetypo illo traditus fuit, abrumpitur enim in codicibus UF § 84 verbo κατανοήσωμεν. operis *legum allegoriarum* partem fuisse certum est, sed nescimus utrum singularem librum (quintum videlicet) formaverit an cum libro quarto qui periit aliquo modo conexus fuerit. titulum proprium tribuunt huic libro testes omnes: codices MAPGH inscriptionem exhibent περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας καὶ τοῦ κτισθέντος πρώτου ἐξ ἀνθρώπου Κάϊν, codices UF περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας. excerpta D breviter laudant περὶ τῶν χερουβίμ: cf. adnotata ad p. 196, 1. 199, 25. semel verba quaedam afferunt ἐκ τῶν αὐτῶν (ad p. 176, 3), ubi generaliter *legum allegoriarum* opus significari videtur, cum praecedat excerptum ἐκ τοῦ η' καὶ θ' τῆς νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας i. e. *de posteritate Caini.*

DE SACRIFICIIS ABELIS ET CAINI. Codices MAGHPUF, quorum memoria in duas partes rursus discedit, quarum unam efficiunt codices MAGHP, alteram UF. accedit papyrus, cuius scriptura proxime accedit ad codices UF. ne hic quidem liber quota pars *legum allegoriarum* fuerit certo scimus. ubique liber titulo singulari vel inscribitur vel laudatur. titulum genuinum περὶ γενέσεως Ἄβελ καὶ ὧν αὐτός τε καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κάϊν ἱερουργοῦσιν e codicibus UF restitui, quibuscum fere consentit papyrus. idem confirmatur excerptis D, quibus sententiae huius libri laudantur ἐκ τοῦ περὶ γενέσεως Ἄβελ: cf. adnotata ad p. 207, 6. 238, 1. 247, 12. vel ἐκ τῶν εἰς τὸν Ἄβελ: cf. adnot. ad p. 238, 1. 247, 9. 252, 4. formam huius libri genuinam nunc primum revocavi, si quidem eam partem quae hucusque in editionibus omissa erat codicum meliorum auctoritatem secutus inserui. namque in codicum familia H ideoque in Turnebi editione desunt omnia quae in huius editionis paragraphis 21—32

(p. 210, 1 — 215, 20) leguntur. recurrunt enim eadem in opusculo subditicio περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι (Mang. II 265—269). quod cum animadvertisset is qui archetypum familiae H conscripsit, in hoc libro illa omittenda esse inepte putavit. ceteri codices omnes, quamquam opusculum illud Pseudo-Philoneum in nonnullos eorum (AG) irrepsit, veram formam libri *de sacrificiis Abelis et Caini* servaverunt. Mangey cum in codicibus suis hanc particulam repperisset, recte quidem huc eam pertinere cognovit et ab Ambrosio agnosci videri observavit, tamen ordinem libri a Turnebo receptum invertere noluit. Wendland *Neu entd. Fragm. Philos* p. 125 sqq. formam libri codicibus plerisque traditam veram iustamque esse egregie demonstravit et simul opusculum περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι quomodo ortum sit ostendit. bis igitur particula illa legitur in codice A (omnibusque codicibus qui ab eo pendent) et in codice G: lectionis varietatem ita significavi, ut A^1 et G^1 textum qui exstat in libro *de sacrificiis Abelis et Caini* notarem, A^2 et G^2 textum qui legitur in opusculo *de mercede meretricis.* cum A^2 plerumque consentit B, in quo liber *de sacrificiis Abelis et Caini* omnino deest, opusculum illud exstat. in M et in familia UF opusculum περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι non exstat. codicum H et P lectiones ex opusculo *de mercede meretricis* enotavi: in eis bis leguntur tantummodo verba quae particulae illi praecedunt (p. 209, 11—16 δύο γὰρ ἡμῶν — ἐστὶν ἀρετή) et quae subsequuntur (p. 215, 20 — 216, 3 τοιαῦτα — δυνηθείη), ubi notis H^1 et P^1 textus forma quae exstat in libro *de sacrificiis Abelis et Caini* significatur, notis H^2 et P^2 ea quae in opusculo *de mercede meretricis* tradita est.

QVOD DETERIVS POTIORI INSIDIARI SOLEAT. Codices UFHL. titulus quem codices tradunt περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι iam Origeni cognitus fuit: cf. adnot. ad p. 297, 19. eundem noverat Eusebius, qui cum nullum huius voluminis librum suo titulo commemoret, hunc nominatim laudat Praep. Evang. XI 15 ταῦτά μοι ἀπὸ τοῦ Ἑβραίου Φίλωνος ἐνταῦθα κείσθω, ληφθέντα ἐκ συγγράμματος ᾧ τέθειται ἐπιγραφὴ περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι. sed erravit Eusebius: nam quae de hoc libro sese desumpsisse ibi dicit, re vera deprompta sunt e libro *de confusione linguarum.* alter titulus comparet in excerptis D; pleraque enim ex hoc libro excerpta laudantur ἐκ τοῦ ζ′

καὶ η′ τῆς νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας: cf. adnot. ad p. 259, 4. 266, 7. 289, 1. unus locus laudatur ἐκ τοῦ ζ′ τῆς νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας (cf. adnot. ad p. 272, 14), unde hunc librum operis *legum allegoriarum* partem septimam numeratum esse apparet: quod verum esse videtur, si librum *de Cherubim* partem quintam et librum *de sacrificiis Abelis et Caini* partem sextam fuisse censemus. quid autem sibi velit notatio illa τὸ ζ′ καὶ η′ τῆς νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας (et similis libri *de posteritate Caini* notatio ἐκ τοῦ η′ καὶ θ′ τῆς νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας), adhuc non diiudicatum est. ex huius modi titulis hoc videtur colligendum, *legum allegoriarum* opus ab aliis aliter esse divisum.

Iam cum in eo sit ut primum hoc Philonis volumen in publicum prodeat, facere non possum quin omnibus qui in labore meo perficiendo me adiuverunt gratias agam quam maximas, cum viris doctissimis qui rogatu nostro bibliothecarum exterarum libris manuscriptis examinandis et conferendis officiosissime operam impenderunt tum bibliothecarum praefectis quibus vel intercedentibus vel permittentibus ipsis codicibus uti nobis licuit. inprimis autem multam debemus gratiam Hermanno Dielesio, quo auctore et adiutore proprie contigit ut opus hoc susciperetur et perficeretur; idem cum plagulas aliquot perlegeret, benignissime observationes suas mecum communicavit. deinde summa benevolentia et amicitia me sibi devinxit Fred. C. Conybeare Oxoniensis, qui cum Oxonii me comiter receptum opera et consilio adiuvit tum iis libris Philonis qui in Armenium sermonem translati exstant opem tulit maximam. Wendlandio amico carissimo et assiduo socio laboris quantum debeam, dicere vix possum; neque enim illa tantum ei tribuenda sunt quibus nomen eius adscriptum est, sed cum plagulas et priusquam prelo traderentur et typis expressas pertractaret et corrigeret, in perpoliendo hoc volumine consilio suo nunquam mihi defuit nec raro ab errore me avocavit.

Scribebam Vratislaviae
m. Aprili a. h. s. LXXXXVI. L. Cohn.

ADDENDA ET CORRIGENDA

P. 2,16—3,19 cf. *Ambros. Epist. 44,1* . . . non enim sua Moyses sed infusa et revelata sibi scripsit, ea praecipue quae sunt de constitutione mundi: quae divisio operatorem atque opera distinxit. nam cum aliud impassibile esset, aliud passionis receptabile, quod erat impassibile, ad Deum operatorem rettulit, quod autem passibile, sine anima, sine motu proprio, motum et animam et figuram a creatore accipiens suo, deputavit huic mundo. quem factum non oportuit sine gubernatore et quodam patre indefensum relinqui. et ideo invisibilem Deum visibilis huius mundi rectorem esse et quasi tutorem apertissime describit. quod ergo invisibile, sempiternum, quod autem videtur, temporale.

4,1—4 cf. *Ambros. Epist. 44,2* Sex itaque diebus factum mundum exprimit, non quod Deus tempore indiguerit ad constitutionem eius, cui intra momentum suppetit facere quae velit, . . . sed quia ea quae fiunt ordinem quaerunt; ordo autem et tempus et numerum plerumque exigit.

11,10 corr. πάντῃ.

